



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

Ortega, Cristóbal de

Lugduni, 1664

Disputatio II. De ordine diuinorum decretorum circa existentiam Christi,
Adami, arque hominum cæterorum, vbi de Beatæ Virginis à debito etiam
originalis culpe immunitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

efficaci reparationis intentione processerit, definiendum sit. Inde enim solum potest incarnatio connexionem habere necessariam, cum absoluta existentia peccati, ut hoc sublato absolute, & ipsa absolute necessario deficiat.




DISPUTATIO II.

De ordine diuinorum decretorum circa existentiam Christi, Adami, atque hominum ceterorum; ubi de Beatae virginis, a debito etiam originalis culpa immunitate.



Nihil de ordine possibili diuinorum circa praefata decretorum hic disputo. Cum enim d. 1. q. 1. euicerimus adaequatum, etiam extrinsecè, incarnationis finem à nostris peccatis per Christi merita reparationem extitisse: ac q. 2. eum finem tam ante quam post prauiua peccata intendi inefficaciter potuisse: imò, quia Dei intendentis decentia sola spectatur, etiam efficaciter: constat ex ea, inefficaci saltem, intentione potuisse Christum ante omnes homines absolute praesentiri, vel ante aliquos, vel post aliquos etiam, vel omnes absolute decerni, qua in re Theologorum plurimè studia, atque labores miror semper, nunquam demiror, quibus solo decretorum istorum possibili ordine adinuenta, eorum pars, ante plurimum, vel omnium etiam, hominum existentiam decretum absolute ex ea intentione Christum clamant; Pars vero eorum neque ignobilior, neque minor in uerbi ordinis decretorum possibilitate adinuenta Christi existentiam post aliorum hominum existentias decretum uociferatur. Cum tamen, si uterque ordo ex ipsa obectorum, & intentionis natura possibilis sit uter eorum seruatus fuerit, non è sola uisus, vel alterius possibilitate statui deberet.



QVÆSTIO I.

Utra in diuino decreto processerit? Christi an aliorum communium hominum existentia?



De communibus hominibus inquiri, ne B. virginem comprehendam, cuius privilegia, ipsius etiam existentiae primae agnata, diuersum diuinorum decretorum ordinem exigebant de quo q. sequenti.

CERTAMEN I.

Duplex opinio variè ab authoribus synodata reiciuntur.

1 *Var. d. 5. sect. 5.* Christum deficiente peccato Adæ minime ueaturum admittons, tamen eius existentiam, ante peccatum, imò, & ante Adamum decretam absolute faretur quia, inquit, initium uiarum Domini Christus fuit: atque ita eius existentia decreta est, ut perfectiori modo possibili esset exequenda: cum autem condendus homo sub conditione uideretur peccaturus, perfectiorque fieret incarnatio in reparationem à

peccato, quam in non reparationem, sit Deum, tum ad hominis conditionem, tum ad peccati permissionem, & reparationem ex eo decreto de Christi absoluta existentia teneri: quare recte coherent, & Christi, quam Adami, & peccati existentia prior, & tamen sublato Adami peccato Christum non futurum. Ordinar à leuiori impugnationem. Contra primo: Deus ad amandum optimum non teneretur, ut suppono ex controu. de uolunt. Ergo, si ne fundamento dicitur uoluisse Deum incarnationis executionem perfectiori modo possibili. Secundo cum ita uisus fuerit Adamus sub conditione horum auxiliorum peccaturus, ut sub conditione aliorum uideretur non peccaturus, perfectiorque sit modus reparandi hominem praeseruatue, seu praueuendo illum à peccato, ne in illud, labatur, quam lapsus reparando, inferretur potius ex tuo illo decreto incarnationem futuram in non futuri peccati sub aliis auxiliis praeseruationem, quam in futuri sub iis, sub quibus admissum est reparationem; ac proinde Adæ peccato non existente Christum futurum: contra id, quod discursu isto uisendum susceperas.

2 *Contra tertio:* quia intentio illa incarnationis perfectissimo modo exequenda, ut ad eum, quem perfectissimum asseris, apponendum Deum cogat, cum mediisque, & sine necessario connectatur, ut alterum sine altero esse non possit, ut asseris, efficax intentio esse debet. Unde autem tibi innotuit esse efficacem? Nam ad media omnia ad eiu modi executionem, sine quo reparationis obtinendum ex inefficaci eius intentione moueri posse Deum nulli, nec tibi, dubium est: cum homines praedestinos, electos efficaciter ad gloriam ante prauiua merita non ideo asseras, quod ex inefficaci intentione, seu electione saluari non possent, sed aliarum rationibus, quas controu. de praedest. discimus ostendere aliquid in scriptura, vel Patribus, vel effectibus, ut id, quod nos nunc possibile permitimus, de facto euenisse uerofimiliter uideas. Quarto: denique ordo hic decretorum, & secum, & cum re intentus profuse pugnat. Nam, si intentio illa exequenda incarnationis perfectissimo modo sit efficax, atque reparatio, ad quam perfectissimus modus incarnationis est, ut asseris, decreto incarnationis antecedenti, existentiam Adæ, & peccati amari efficaciter debeat, ut debet, ad hoc, ut necessario cum existentia Adami, & peccati connectatur tollit libertatem transgressionis Adæ, ac proinde absolute necessario peccatum, iuxta dicta, d. 1. q. 3. cert. 1. ubi, & cert. 3. solutiones omnes disci: ergo pugnat hic tuus decretorum ordo, & secum, & cum re intentata: nimirum, ut nequeat diuelli existentia Christi, ab existentia peccati. Denique in huius doctrina saltem non posse, quin Deus amet peccatum, cuius reparationem ante illud prauiuum efficaciter intendit ex dicto d. 1. q. 2. satis aperte deducitur contra Suar. & alios qui in nostram peculiarem cogitationem non incurserunt.

3 *P. Granad. controu. de incarnat. tra. 3. d. 1. sect. 4.* ex quo Recentiores Complutenenses, eandem Christi praecedentiam, atque eius cum Adamo, & peccato futuris pro posteriori naturae necessariam connexionem paulo aliter componunt. Cum enim, inquit, Deus uideret Adamum in hac rerum peristhasi peccaturum tanto posteriorum malo, nolebat fore in ea peristhasi Adami existentiam; cum autem simul uideret Christum, si ad esset, ea omnia reparaturum, maioraque inducendum bona, uoluit Adami existentiam cum Christo simul: ut quando peccatum adesset, adesset statim reparatio, maioriisque inductis bonis eius damna repararentur; non secus ac qui curiam adire desiderans, certus de inimicis, vel morbo ipsum in solitudine inuasum, non nisi faellitibus, medico, ac medicinis comitatus uellet capeffere, quin inde inferre liceat, vel inimicorum, vel agritudinis inuasionem ab ipso desiderari. Cum autem Adamus cum Christo in ea rerum peristhasi decretus sit, subque uisus conditionate fuerit peccaturus, implicat Adamum, & Christum existere sine peccato: sicut implicat id, quod futurum sub aliquo conditio-

conditione est, purificata, seu postea conditione absolute non esse. Sed contra primo: quia totus hic discursus solâ decreti huius possibilitatem suadet, si quid suadet: ea vero admittit, ut de facto existit credamus fundamentum desideratur: maxime, cum in illo connaturalis providentiæ ordo inter media, & finem negligatur, iuxta quam prius natura Adamus debet existere, quam auxilia, quæ ipsius operationes vitales sunt; hic autem ordo non solum connaturaliter, sed, & essentialiter servandus est, ut nequeat non à Deo servari: eo autem servato, discursus intentum non probat, causaque cadit, ut iam ostendo.

4. Etenim, nisi simul natura decernatur fore, existentia Christi, Adami, & auxilij intelligitur prius natura decretis Adamus cum Christo, quin efficacia decreti huius perveniat ad auxilium; si autem ad auxilium hoc, sub quo visus est peccatorum non pervenit, postea hoc decreto, & existentia Christi, & Adami, poterit poni à Deo aliud auxilium, sub quo visus conditionate fuit non peccatorum Adamus: hoc autem postea non peccabit Adamus, imo neque poterit peccare consequenti impossibilitate, sicut Tuابع, postea alio, sub quo visus est peccatorum, non peccare non potest; ergo postea, imo necessario existeret Christus non existente peccato Adami quod autem efficacia illius decreti nequeat secundum se attingere existentiam auxilij simul natura cum existentia Adami, Probat quia auxilium illud essentia sua est actus vitalis Adami: ergo est essentia sua Adamo absolute existente postea: ergo essentia sua prius natura decreta est existentia Adami, quam auxilij. Secundo existentia Adami decreta est à Deo se solo, existentia auxilij non est decreta à Deo se solo, sed concurrando simul cum Adamo, ut patet: ergo neque eodem decreto, neque decretis duobus simul tamen natura decerni à Deo potuit, existentia Adami, & existentia auxilij, sub quo visus est conditionate peccatorum; sed unum quidem decretum essentia sua prius terminatum fuit, ad existentiam Christi, & Adami, alterum vero, & essentia sua postea, terminatum fuit ad existentiam auxilij, ac proinde per decretum prius licebat auxilium illud non apponere, sub quo visus erat Adamus peccatorum, atque Christum existere non existentem peccato.

5. Dices non licere: quia, licet diversa sint, sunt tamen ea decreta necessario inter se connexa. Sed rogo unde nam connexa esse probas? Nam ex obiecto connexa non sunt existentia quippe Adami connexa cum huius auxilij existentia non est: sed neque existentia conditionata connexa sunt: ergo erunt connexa ex fine aliquo efficaciter intento per prius decretum, quod quidem nequeat per aliud medium, obtinere quam per illud auxilium, ac proinde Deum cogat, ut illud absolute apponat: quis ergo ille finis efficaciter intentus à Deo est per prius illud decretum; ad quod auxilium hoc medium vacium sit: certe, vel peccatum, vel eius reparatio: peccatum efficaciter intentum à Deo non admittit: ergo admittit reparationem à Deo efficaciter intentam fuisse ante præsumptum peccatum; contra peccati necessariam libertatem: inciditque in impugnationes Soanij nuper factus, cuius sententiam, nihilque præterea tot larvis rectam, quasi novum quid, nobis diuendebat. Sed esto: nihil de fine, & connexionem hac decretorum disputemus, decernatur pro tuo libito simul Adamus, in his circumstantiis, & cum hoc auxilio: certe, cum auxilium hoc de non transgrediendo præcepto pactum supponat, quo Deus posterorum voluntates, in Adamo collocavit, atque Adamus acceptavit, atque ob posterorum sic in se collocatorum damnum, maxime à transgressione detineretur Adamus: pacti Adami cum Deo libertas aboleretur, si decretum de eius, existentia efficacia sua, per se ipsum, vel per aliud decretum, quod inferat ad auxilium: necessario perveniat: nam ante illud pacti initio Adami cum Deo intercedit si autem libertas pacti ex parte Adami non ad sit, quomodo in Adamo peccaverimus, non ita in Adamo facile explicabitur. Neque enim moraliter nostra erit Adami vo-

luntas, nisi ipse libere suos actus nostros esse velit: quocirca libertate paciscentis Adami sublata poterimus gratia privari, ut ipse in nobis puniatur tanquam in filiis, aut eius transgressio nostra non ita clare poterit fieri. Denique toto discursu inoffense admisso non probat Christum ante Adamum existitisse absolute, ut contendebatur, sed simul existere, quare nec fauet Cyrillus, qui existentiam Christi antecedentem sonat, non simultaneam cum Adamo, atque ad antecedentiam à Recentioribus inducitur, ut mox videbimus.

CERTAMEN II.

Duplex alia opinio reiecta.

1. Posterorum omnium absolutam existentiam, ante absolutam existentiam peccati Adami, imo, & ante pactum, licet post Christum, docuerunt Scotus cum suis. Mari. in 2. d. 20. q. 13. a. 1. dub. 4. Gabriel. q. vn. a. 5. Mai. dub. vt. post quæst. principalem Carthuf. q. 1. verus fin. Salaz. de concep. c. 24. §. 3. & Recentiores Complut. aqua tamen regula virginem deiparam excipiunt. Putant enim ad inclusionem in pacto cum Adamo inito inclusorum existentiam præquiri cum autem reliqui à deipara homines inclusi proculdubio fuerint eorum existentiam ad pactum, & peccatum, quod pactum supponit, præcedere necessario. Cum autem B. virginis existentiam non præcesserit eam in pacto non inclusam; quare, neque in Adamo peccasse, debitovè originalis culpæ obnoxiam fuisse pronum est. Sed certe opinio hæc, tota ad Marianam ab originalis debito immunitatem tuendam est composita, inutiliter ad id ex cogitat videtur; siquidem etiam ad inclusionem in pacto includendorum existentia necessaria non sit, facile B. virginis exclusio absoluta componitur quod autem ea ex meritis Christi fuerit, ardua est difficultas, quæ ex hac opinione minime pender: secundo principium, cui innititur nulla firma, imo, neque vero simili ratione sustentatur: cum enim in pacto illo nullius posterorum Adami consensus liber exigatur, ut pactum consumetur, quorsum eorum existentia, ut illud cum Adamo feriat, necessaria est, cum quibus nil in eo pacto agitur, licet eo de omnibus actum fuerit?

2. Noster Ruiz improbat posterorum Adami existentiam necessariam ante pactum: quia Adamo non peccante plures homines forent: cum nemo impubes obiret: nemo sterilis esset: nemo valetudinis cauta copula abstineret: nulla item copula foret careret: æquus viro- rum, ac mulierum numerus esset item cum diversa ali- menti materia esset homines Adami posterii essent diversi, & tamen inclusi hi in pacto fuissent, si Adamus observasset præceptum: quorum tamen ante pactum nulla existentia fuerit: ergo ea non est necessaria: sed hæc parum vrgent. Nam primo: etiam Adam non peccaret possent peccare filij, & eisdem incommodis subiacere: unde nec plures, nec diversi homines essent. Secundo: cum numerus futurorum hominum præstitutus iuxta Patres plures sit, qui numero apostatarum Angelorum respondeat ut eorum sedes occuparentur, iustorum numero expleto mundus cessaret: tertio: ut bene Scotus in 2. d. 20. disponi possent, ut eadem materia, quæ nunc, & tunc generationibus inferiret. Quarto: ad inclusionem in pacto diversitas, vel identitas, ex parte materiæ, dum eadem essent animæ nihil oberat. Instant autem Recentiores Complutenses cum Ruiz, plures ex vigamia, adulterio, vago concubitu sunt procreati: quæ omnia non peccante Adamo minime fuissent sed hæc omnia non hominum, sed circumstantiarum diversitatem probant, si quid probant. Neque vero id probant. Nam, licet ea omnia cum statu innocentie pugnent, aut cum hic inamissibilis non sit, in illo non repugnant: ac proinde adulteria, & mali, ad exercendos bonos possent pro

procreari, si is Deo finis præstitui fortasse queat: imò, & qui mali nunc, tunc forte iidem essent boni.

3 Lugo denique probat non eisdem homines futuros, ex Chrysol. homil. 5. de poenit. dicente: Elau non à Deo sublatur, quia si excessus fuisset maximum fortasse iustitie strem mundus amisset. Pro nepotem, videlicet, Iob nepris Saræ filium, sed certe eundem Iob ex aliis progenitoribus habere mundus potuit, licet minus iustum: quare non probatur defecturus idem secundum substantiam Iob, imò neque secundum iustitiam: cum ex aliis parentibus ortus æque iustus esse posset; quod fati innuit Chrysol. illo aduerbio, *fortassis*, quod subiunxit quare hoc solum probat diuersitatem in circumstantiis propagationis Iob, qui ex parentibus aliis posset existere absolute, non autem in substantia: quare antecedentiam in clusorum in pacto non impugnat. Posset autem impugnari alia ratione, quam mox in nostra conclusione dicemus: quia ex vi præsentis decreti nemo ex aliis parentibus esse posset. Loquimur autem de decretis, quæ fuerunt, eorumque coordinatione, non quæ esse possent; decretum autem productionis Iob, quod de facto fuit, de eo producendo ex his progenitoribus fuit, quibus proinde sublatis Iob ex vi præsentis decreti, deficeret absolute. An autem non peccante Adamo Iob, & posterorum pro genitores, tollendi essent non ita facile definitur hæc igitur opinio de necessitate antecedentia posterorum Adæ ad pactum pro eis etiam in initum ea solum, & ratione impugnari efficaciter nequit.

4 Si vero Soarium. Salazar. & Recentiores excipias citatos pro opinione proxima reliqui citati disp. 1. q. 4. cert. 1. num. 1. pro opinione negante aduentum Christi deficiente Adæ peccato docent: Adami iuque peccati existentiam antecessisse ad existentiam Christi de posteris vero Adæ Vas. cum affectis post Christum decretos videtur doctorum: cum dicat Christum non supposuisse originalia contracta sed contrahenda, id est imminetia: contractio vero originalis in posteris Adæ peccato ipsius supposito, ac priuilegio negatione, à propagatione, seu generatione posterorum ex ipso nihilo differt re ipsa in verosimiliori de peccato originalis essentia iudicio: cum autem non, nisi ea generatione ex Adamo posteris extiterint, qui negant Christum post originalia posterorum contracta fuisse decretum, idem ante posterorum existentiam, & generationem decretum fuisse consequenter docebunt. Id quod expressius, atque in terminis, vt aiunt, vniuersè docent, ex eis doctoribus Ruiz. d. 13. de prædest. sect. 4. Cardin. Lugo. d. 7. de incarnat. sect. 3. à num. 28. & sect. 4. sine Vvadingo, & Bernal. sed tamen hoc, quod de Adæ posteris vniuersim dicitur, non adeo vniuersim est verum, vt ex dicendis certamine sequenti constabit. Neque ratio nostri Lugo adeo vniuersim probatur, sed de eis solum, qui parentum precibus obtenti sunt, filiis de quibus si Eccl. 7. vbi filius erga parentes reuerentia his commendatur: *quoniam nisi per illos natus non fuisset*, Sermo esset, vt voluit Lugo, non filiis omnibus diceretur: cum non omnes parentum precibus orti fuerint.

CERTAMEN III.

Propria sententia.

1 Dico Primo Christus absolute futurus non nisi post absolutam Adami, & peccati ipsius existentiam fuit decretus. Docent Doctores omnes citati proxime, & d. 1. q. 4. cert. 1. num. 1. pro opinione negante Christi aduentum deficiente Adami peccato, si Soarium, Salazar, Granados, & Recentiores, Complutenses excipias. Probatur facile: quia Patres ibidem citati; imò, & scriptura peccatum præxistisse, vt Christus veniret, asseruerunt, vt ex datis ibi locis constat: imò inde non venturum Christum aiunt deficiente peccato,

quod hoc antè, & occasio Christi decernendi fuerit verbis illis: *venit saluum facere, quod perierat*. Irenæ. 1. 4. aduersus hæres. *si non haberet caro saluare*. Athanas. serm. 3. contra Arrian. *Indigentiam, necessitatemque nostram anteriorem*. Cyrillus Alex. 5. Thel. *Crimina nostra occasionem didisse*. quæ omnia non, nisi de peccato in primis Adami absolute existenti intelligi posse citato loco ostendimus atque respectu aduentus Christi dicta à Patribus verba ipsa ibidem recitata demonstrant; quare male Recentiores Complutenses respondent, Patres loqui de remedio, & medicina posteriori peccato absoluto, non de aduentu Christi, seu medici, qui prior peccato absoluto fuit. Cum de aduentu Christi Patres expressis verbis loquantur.

2 Probatur secundo conclusio. Nam Leo Magn. serm. 3. in Pentecost. Aug. de verbis Apost. serm. 8. Irenæus, & Cyrill. pro conditione negationis aduentus Christi ponunt, negationem peccati: ergo antecedit negationem aduentus Christi: siquidem quævis conditio, siue ex natura rei, siue ex statuentis arbitrio ad id quod sub ipsa fore statuitur, debet præcedere: ergo peccatum ipsum est conditio antecessens existentiam Christi, purificanda pro priori ad aduentum Christi. Probo hæc consequentiam, in omni conditione naturali negantia ad alteram negationem. v. g. applicationis agentis ad negationem effectus si enim negatio applicationis ad negationem effectus conditio prior natura est; applicatio ad effectum prior natura erit: & in conditionibus arbitrariis, si negatio cantus causa est negationis muneris recipiendi, cantus erit conditio, sine qua non ad munus recipiendum. Et ratio est: quia posita conditione, etiam arbitraria negantia ad negationem quouisque negatio, quæ est conditio per habitum oppositum tollitur, nequit esse habitus alter, cuius negatio sub conditione illa statuebatur: ergo habitus oppositus conditioni negantia, est remouens prohibens respectu habitus alterius sub ea conditione, negantia negati: quare, & natura prior illo, quod fati nobis est ad conclusionem probandam, & vergetur amplius in nostro calo, quia ita aiunt Patres non venturum Christum si non esset peccatum, vt adstante peccato, quod occasionem dedit aduentui Christi aduenerit quare non solum esse remotionem impedimenti negatiui aduentus Christi, sed, & occasionem, ob quam Christus aduenerit de facto fuisse declarant, ac proinde ad illum debere procedere.

3 Dico secundo Christus ex vi præsentis decreti, multorum hominum, & originalium peccatorum existentiam naturæ priori antecessit: quare, & antecessit ea decretum de ipso absolute futuro. Probatur quia de facto plurium generationes ex gratia Christi, seu per merita Christi fuerunt: atqui merita Christi, quæ vere merita sunt supponunt Christi existentiam: sunt enim merita solum remuneranda, vt de merito Christi agentes monstrauimus: ergo, & plurium generationes supponunt absolutam Christi existentiam: Atqui ante generationes, quibus de facto hi homines extiterunt, non potuerunt, aut ipsi, aut eorum originalia, quæ ipsis generationibus contrahuntur, existere, sed simul cum illis: ergo existentia plurium hominum, & originalium fuit absolute posterior decreto de absoluta existentia Christi. Maior primi Syllogismi Probatur: quia, vt dicebam supra disp. 1. q. 4. cert. 3. plures homines propagati, genitique sunt precibus parentum Deo gratis, cum in veteri, tum in testamento nouo, quæ non, nisi ex gratia Christi potuerunt haberi. Adde plures etiam ex usu honesto, ac meritorio, matrimonij esse procreatos, qui tamen sine gratia Christi esse non potuit sicut neque gratia ad vitandum adulterium, aut prauum concubitum, ex quibus plures etiam homines de facto procreati fuerunt, vt eodem loco dicebamus.

4 Dico tertio Christus absolute decretus fuit ante omnia peccata actualia hominum, si primum Adæ peccatum excipias. Ratio est quia antecesserunt ad admissionem peccati cuiusvis actualis, præuenerunt peccato

peccator quibus fuit auxilio gratiæ per Christum, ut vinceret cum Laude tentationem: ergo quoduis aduale hominum peccatum supponit naturæ merita Christi, vere merita, & quæ absolutam Christi existentiam supponunt: ergo, & supponunt decretum de absoluta existentia Christi, quod illa necessario præcessit. Dices: licet, ut vincatur peccatum gratia per Christum necessaria sit, atque, ut possit vinci solum, non autem de facto vincatur sufficit minimum auxilij, seu cogitationis ad non peccandum, ac detinendam, voluntatem à peccato, quod ipsum requiritur ad constituendam voluntatem sufficienter indifferentem ad peccandum: ergo nisi asseras minimum cogitationis, & auxilij esse gratiam per Christum nequis defendere Christum absolute decretum ante omnia actualia: nam, cum minimo poterunt homines actualiter peccare. Sin vero id asseras requires gratiam Christi ad peccandum, quod est dissonum absurdum, Respondeo Doctorem nostrum Gasparum Hurtado, sequentibus pluribus, docuisse minimum cogitationis, & auxilij esse gratiam per Christum, nec iure creationis debitam. Neque ideo dissonum quid admitti, si Christi gratiam requiri ad peccatum, non, ut quid in ipsum inducens, sed ut à peccato retrahens admittatur. Nam ad maiorem peccati grauitatem requiri gratiam eo modo retrahendo certum omnibus est, cum grauius peccet, qui maiori luce, ac Dei illustratione præuentus deliquit. Sed neque hac opinio opus est conclusioni præfixæ; licet enim minimum cogitationis gratia Dei per Christum non sit omnes tamen homines gratia Dei per Christum præueniri ne peccent certum est: quod si minimum ad libertatem sufficiens sit gratia creationis, aliquid supra minimum ex meritis Christi donari erit asserendum de his vero late controu. de gratia: qua de facto ante actualia omnia peccata, excepto Adami, Christum esse decretum.

3 Dico quarto: Christus post reliquorum hominum à supra enumeratis existentiam, & originalia fuit decretus. Ratio petenda ex dictis d. 1. q. 4. cert. 2. vbi probauimus Christum deficientibus aliquorum hominum originalibus non esse venturum: quia Patres non vnum solum peccatum fuisse occasionem absolute, ac præcessisse incarnationi docent, sed plura: quæ cum actualia esse nequeant, neque aliquorum præfatorum originalia, neque in sensu formaliori peccatum primum Adæ (licet enim plurimum sit, tamen vnicum est), erunt hic enumeratorum originalia. Nequeunt autem originalia, quæ ipsa generatione absolute contrahuntur Christi absolutam existentiam præcedere, quoniam, & hominum, quorum sunt existentia absoluta præcedant. Sed dices per nos conclus. 2. & 3. quidquid ex gratia Christi pendet absolute extitit post Christum, & decretum de existentia ipsius: & eorum, qui nec precibus à Deo obtenti sunt, neque ex usu honesto, & meritorio propagati, generatio fuit parentum actuali peccatum, quod iuxta dicta conclusio 3. Christi gratiam supponit: ergo cæterorum, qui non sunt inclusi conclus. 2. generatio ac proinde, & originale Christum absolute atque decretum de eius existentia supponit, nec potuit ex vi præsentis decreti esse ante illud. Minor probatur, quia generatio non ex usu honesto matrimonij, sed vel extra matrimonium, vel intra matrimonium non ob suscipiendam prolem, sed ob Veneream habitam peccatum est: ergo generatio omnis non honesta, & sancta. Nego antecedens, nam intra matrimonium generatio ob Veneream peccatum non est, in quo venera delectatio, licet sancta, & laudabilis non sit, non tamen est adhuc venialiter peccaminosa, ut male docuit Gaspar. Hurt. deceptus verbis Augustini 2. de consensu Evangelist. c. 1. Complexu carnali coniugatorum dicentis, qui propter solos gignendos filios adhibenda est, quæ verba non legem ad coniugatas continent, sed ad meliora exhortationem, & consilium, pluribus, & à priori, & ab absurdo suo loco ostendit.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

dam. Copula item extra matrimonium, licet peccatum sit, atque apud Gentes, & paganos, sæpe inuincibiliter ignoratur, cum apud Doctores, & alios Catholicos, non ita facile ex naturali ratione peccatum esse demonstretur: quare in illis materiale peccatum solum erit: ad quod gratia per Christum, etiam retrahendo, non præcedit: quare plurium generationes, & originalia Christum eiusque decretum absolute non supposuerunt de quibus, Patrum testimonia intelligi debent de cæteris autem prauo formaliter concubitu progenitis satis clare docuimus. n. 5. fine.

CERTAMEN IV.

Obiectis aduersantium opinionum occurrunt.

1 Quæ hætenus contra præfixas conclusiones ad aduersariis ex cogitata sunt eo omnia tendunt, ut decretum de absoluta Christi existentia omnium hominum, etiam Adami, absolutam existentiam præcesserit, deque eis condendis decreta. Obiiciunt ex prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio: ubi voce Dominus, quæ in Deum respectu sapientiæ increata puræ, nec dum incarnatæ cadere, nequit, de incarnatæ esse sermonem aiebat; Ambros. 1. de fide. c. 7. ac de interpellatione Iob. c. 2. Concil. Hispalense. 2. Iustinian. imper. edicto fidei, alique Patres: atqui, non fuit ante omnia Dei opera sapientia incarnata in duratione, neque in præscientia Dei, in qua omnia ab æterno, sunt cognita: ergo solum fuit ante omnia prioritate naturæ, & causalitatis. Respondetur litterali sensu sapientiam, prædicam abstractam, à creatæ, & increatæ, siue completentem vtramque, ubi per Protopopæiam induci loquentem, ut homines ad sui studium alliciat: huius rei gratia, primo suam dignitatem, commendat: quod Deo vniuersa condenti adfuerit increata: creatæ vero bona cuncta suis alumnis fuerit elargita, ut è libri fine, & contextu capitis liquet. Sed tamen Patres plures de sapientia increatæ secundum se eum locum interpretantur, indeque, & filij diuinitatem, & æternam generationem confone probant. Neque obest vox Dominus, neque enim Dominum, respectu sui appeller sapientiam, sed respectu creaturarum, ad quas loquitur: sicut Deus ipse sæpe ad eas loquens ait: Ego Dominus cum tamen sui Dominus esse nequeat, sed illarum.

2 Sed est, ut de sapientia incarnata, ut præter citatos, volunt. Athanas. serm. 3. contra Arrian August. 1. de Trinit. quid mirum, si ratione Deitatis de Christo homine Deo diuina prædicentur: verum Athanas. & septuagint. legunt. Initium ad opera sua. Aug. principium viarum ad opera sua: scilicet reparanda, ac renouanda, ut ait Athanas. col. 212. ut illum creari ad opera, hominem, fieri, ad hominum inlaurationem intelligeres, fuisse autem hæc post peccatum satis clare docuit. col. 201. dicens: cum opera extarent, & necessarium erat ea, aliquid administratione castigari, tunc deum se dedit, ut descenderet. atque significari voce creauit contra Arrianos contendit. Castigare vero emendare est vitium iam admissum. Neque aliud possunt Patres docere: cum expresse Christum non, nisi post peccatum præuisum aduentasse docuerint, illud vero antequam quidquam faceret: facere, & orare, pro inlaurate atque rescere, sæpe in scriptura vsurpatur. Iai 65. & 66. 2. Petri. 4. Apocal. 21. & alibi. Adde initium quandoque dignitatis, non causalitatis primatum significare, ut Iob 40. Behemoth. principium viarum Domini dicitur, ac nos Iacob. primogeniti, ut simus initium aliquid creaturæ, eius. Eundem explicatum habet illud ad col. 1. quoniam in ipso condita sunt vniuersa in celo, & in terra. ut condere idem sit quod renouare, ac reparare, quod per Christum primogenitum in

E e e fratribus

fratribus effectum fuit, vt bene Athanas. supra Augustinus vero supra cap. 12. de verbo secundum se interpretatur, quem Patres vulgo sectantur: solus Rupertus illud in ipso ad Christum, seu hominem verbum reuoluit estque textui conformior interpretatio, sic enim habet *qui est imago Dei inuisibilis, Pristogenitus omnis creaturae: quoniam in ipso &c.*

3 Obiectant secundo illud ad Ephes. 1. num. 4. *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: causalitate nimirum: sicut, & alibi dixit: Antequam quidquam boni, aut mali egissent Iacob dilexit; esau autem odium habuit.* Præterea: antecedentia in duratione omni Dei amori communis est: quare neque inde satis Dei specialis erga electos ad gloriam, vel fidem amor commendaretur cum ergo ob merita Christi speciali amore ante mundi constitutionem causaliter, ac proinde ante hominum existentiam electos fuisse Paulus dicat Christum absolute decretum antecedenter ad homines reliquos dicendum est: siquidem eius merita non existente Christo absolute esse, ac præiudici, vt ad electionem mouerent, minime possent. Hoc expendunt Recentiores Complutenses, qui merita per modum pretij, & solutionis, seu in spe tuerentur: quibus tamen admissis ponderatio tota eleuatur: cum antequam ipsa, & Christus existent absolute eiusmodi merita in eorum sententia moueant, in nostris autem veris, solisque meritis remunerandis vrgeret forte si constitutio mundi creationem, ac non potius eius, quam nunc ex Christi meritis habemus, dispositionem significaret. Sed nec, si creationem significet, probatur satis illud ante prioritatem naturæ, non æternitatis denotare: ex qua Dei amor sæpè nobis in scriptura commendatur *Charitate perpetua dilexit: quæ præcedentia non parum onerat amatum itaque primo loco electio, ac reprobatio æque ante mundi constitutionem ex æternitate habitæ à Deo dicuntur, atque electio ex meritis Christi, vt ipsis etiam accepta feratur tanquam causalitate motiua illam præcedentibus, non tempore in secundo vero prædestinationem ex meritis nostris non esse: quid inde pro aduersa conclusione? frigidius adhuc est, quod ex Basilio, origine, Theodoro in catena Lipomani aiunt: consilium illud Genes. primo, *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: cum Christo fuisse habitum: nimirum existente absolute ante hominis primi formationem: etenim non existentem alloqui ineptum foret.* Sed, cum consilium hoc Trinitatis ex æternitate fuerit, nescio quo pacto cum Christo, qui ex æternitate non fuit haberi propriè, ac non ineptè potuerit l. solum contendunt Basilius, & reliqui ex eo loco verbum, quod incarnasse Arriani fatebantur: Personam æternam, ac diuinam esse, distinctamque à Patre, quo cum de hominis formatione, ac proinde ante eius existentiam agebat.*

4 Vrgent Recentiores iidem ex Tertulliano 6. de resurrect. carnis *decenter quidquid limus exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus: vt videlicet ad eius imaginem efformaretur consensus Anastas. Synaita 2. Anagogicar. contemplat. in exhamer. ergo Christus absolute existens præcessit natura Adami, ac reliquorum proinde hominum creationi, vt obiectum siue exemplar: quare, & prius fuit decretus, & factus, quam Adamus in obiectantium doctrina nescio quo pacto vtraque efformetur consequentia ipsi enim de obiectis per se quarto modo cognitionis, qua verbum procedit, disputantes in eis spiritum S. enumerant: quia, inquit, licet actiue filio, & cognitione generante posterior sit, prior tamen obiectiue esse potest: ergo, & præcedentia obiectiua Christi, absolute adhuc futuri, ad Adamum non inferuntur actiua,*

& absoluta eius præcedentia ad ipsum: sed quia doctrinam hanc controuers. de Trinit. d. 5. & in phisica controu. de causis. d. de causarum præcedentia mutua, respondeo: futuritionem, in qua cogitabatur Christus, cum effingebatur Adamus, iuxta Patres hocce, conditionatam fuisse: quia ea satis est ad exemplar, & idæam obiectiua Dei: cum satis sit mera rerum possibilitas, ex qua cognita plura operatur Deus inde patet solutio ad illud, quod ex Bernardo ferm. 17. in cano. iidem obiectant. ibi enim videtur asserere peccatum Angelorum quod dubio procul Adæ peccato præcedit, fuisse eorum inuidiam generi humano ob gloriam incarnationis verbi ipsis reuelatam, ac mutationem, eorum præ superbia inobedientem Deo præcipienti, vt hominem Deum adoraret: quare Christus absolute existens, & præiudici fuit ante Adæ peccatum sed tamen conditionate proposita incarnatio, præceptumque eam adorandi, si esset, inuidenti, mutationis, & inobedientiæ præ superbia materia malis Angelis esse potuit. Secundo non ita firmiter Bernardus illud fuisse Angelorum peccatum asseruit, vt eius authoritati nimis discursus possit imponi concludit enim. Hæc ego non assero dicere spiritum: sed nec contra dicere audeo.

5 Veniamus ad Achilem Recentiorum testimonium Cyrilli. 5. Thef. c. 8. vbi ait: *Præfundatur ante nos Christus, & in ipso omnes superadficatur: idque ante initium mundi in præscientia Dei: vt cum ordine diuino benedictio maledictionem antecesserit, & damnationem in mortem vite pollicitatio, seruitutem diaboli adoptionis libertas, possit natura humana superatis malis, que interim acciderunt per gratiam Christi, qui seruauit eam in bonis, in pristinam dignitatem reuocet.* Ecce ordine diuino præfundatur ante nos Christus ante mundi initium, in Dei præscientia: quæ erga absoluta est, dicitur: atque eodem ordine benedictio maledictionem antecessisse quod si de durationis antecedentia, non causalitatis, in præscientia, & decreto respectu executionis intelligas, non magis præcessit mundo Christus, & benedictio maledictioni, quam è contra. Respondet Vasquez: *disi etiam præcessisse libertatem seruituti, quam necessario causalitate supponit: cum nemo, nisi à seruitute præhabita liberetur. Verum aliud est liberatio, aliud libertas. Possumus enim liberi esse, imo, & sumus à Turca liberi, cuius nunquam serui exitimus, & cuius seruitute nunquam sumus liberi genitimus sensus nobisque non aduersus, sed amicus et contextu facile eruitur. Antecedentia enim præscientiæ Christi, eiusque præfundatio ante nos non fuit causalitatis obiectorum horum, sed duratione anterioris æternitatis, ex qua decreuit, ac præiudicat Christum futurum ante nostram, & culpæ, executionem de ea enim præcedentia Adamus, & nos certi animos erigere possimus, spemque concipere iterum super fundamentum illud, quod lapsus hominem denuo fundauit, erigendi spirituale ædificium, quod cælos pertingeret. Hanc enim solam præcedentiam sonant verba: *constituit ante secula, & ante mundi initium in præscientia.* Alioqui sibi contradiceret Cyrillus vi. ibi, atque alibi dicenti: *Christum fundamentum nostrum factum fuisse ex præuisione peccati: Prædixerat enim: sciebat nos mortales futuros propter peccatum: ac ita per misericordiam constituit ante secula, vt verbum suum ferret homo, & fundamentum.* Ac rursus nostram explicationem traddens ait: *Præiudicet enim Deus hominem peccaturum, & in mortem casurum: præiudicet etiam conferentia generi eius, & quomodo renouaretur, & ad immortalitatem rediret: post præiudicium scilicet lapsum: idque quasi radices huius spei in sitio suo nobis disposuit. quid dicitur.**

6 Sic etiam explicandus venit Irenæus 3. aduers. hæres. c. 33. dicens: *Prædestinanti Deo primus animalium hominem,*

CERTAMEN V.

Vltima obiectio enervatur.

hominem, ut à spirituali saluaretur: quia, cum præexistere saluati oportebat, ut, quod, & saluaretur fieri, ut non inuacuum sit saluans. loquitur enim de præexistentia saluantis in scientia Dei ad existentiam saluandi, ne illis saluans inuacuum sit, si nunquam in tempore saluandus apponeretur quod si illud primum ad verbi alteri usurpetur, clarius est hominem animale, id est Adamum, primo loco præfinitum cuius oppositum docere Irenæus nequaquam potest: cum loco dato d. 1. q. 4. cert. 1. expresse doceat Christi aduentum non nisi post peccatum præuisum fuisse decretum. Secundo locus æque obiectentes Complutenses Recentiores virget: cum ipsi asserant Christum, ut saluatorem, & Redemptorem, de quo loquitur Irenæus post peccatum præuisum fuisse decretum. Nec satis est præfinitum fuisse Saluatorem sub conditione, quod peccata, & peccatores adessent. Nam ex ea conditionata voluntate peccatores, seu saluandos apponi necessarium non erat contra Irenæi rationem. Denique, si locum de prædestinatione propria intelligas Adami, ut verba sonant, quæ fuit ex ineritis Christi omnium opinione post peccatum admissum, nihil tux sententiæ locus fauet, & sane illud animale hominem aperte dicit hominem iam peccatorem. Per peccatum enim, ut dicitur Psalmo. 48. v. 13. comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: cum primo spiritualis conditus fuerit, sensus igitur erit: prædestinatum hominem iam animale, & peccatorem, ut saluaretur per spirituale oportuisse fieri, ut saluaretur de facto ille qui ita prædestinabatur: ita, ut illud quod supra saluaretur cadat: id est oportebat fieri quod etiam saluaretur. Sic enim saluans frustra, & inuacuum non esset: sicut esse poterat, nisi saluaretur homo, etiam post saluantem Christum, si aduersarij volunt præfinitus. Atque hic quidem nisi quod nostris, plus fortasse æquo, blandimur, germanus Cyrilli sensus videtur.

7 Sed enim locus Cyrilli postremo loco recitatus maiori pondere opponi posset pro sententia asserente posteros omnes Adæ post absolutè decretum Christum fuisse decretos. Primo enim aiebat præuisum fuisse peccatum hominem primum conuenientia eius generi remedia: ideoque Christum nobis spei fundamentum positum esse. Nec parum habet opinio hæc fundamenti in facto cum enim ob peccatum ex lege, & præfenti, ut aiunt, iustitia primi parentes mortem incurrerint statim obeundam vacui etiam liberis tollendis remedio forent, nisi decreto statim Christo, in quo tantæ calamitati de remedio prouidum est, eorum vita poenitentia donaretur saluari; & eorum filij partim in ærumnarum solatium, partim in transgressionis promitterentur, an denunciarentur supplicium: quorsum enim primis parentibus, quibus in iustitia conditis benedictionis loco dictam fuerat, *crecite, & multiplicamini.* genef. 1. num. 28. post peccatum genef. 3. 17. dicitur: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos nisi, quia filiorum orbitas peccato incuria, licet non adeo iucunda, ut supplicium non saperet, eorum propagatione tolleretur, & sane ni Patrum testimonia recitata d. 1. q. 4. cert. 2. num. 3. & 4. quæ ob peccata in plurali præuisa Christum venisse significat in sensu formali plura formaliter intelligi deberent, latiusque esset plura virtualiter (quod Adami peccatum fuit, in quo omnes, deipara excepta, deliquimus) intelligere, ut non nimis violenter intelligi possunt, huic ego sententiæ facilis acquiescerem?

1 Vltima obiectio fit: posse esse connexionem aduentus absoluti Christi cum peccato Adami absolutè existentis, Deique ob illud absolutè præuisum motionem, etsi proprii naturæ Christi Redemptor efficaciter ante Adæ, & Angelorum peccatum, gratiam, & existentiam præfinitur, & existat sique initium viarum Domini sit, ut sapientia testatur etenim, si Deus ex scientia sua conditionata videat: si complacem in mundo hoc toto, qui de facto positus est ex substantiis, & accidentibus omnibus constans, erit: posita eiusmodi complacencia res omnes; mundulque eis constans erit absolutè futurus, ac proinde fore absolutè omnes videbuntur à Deo, quare, & gratia, & peccatum, & Adami, & Angelorum existentia: eis autem sic à Deo in complacencia illa visis decernit Deus efficaciter Christi Redemptoris existentiam, eamque in actu exercito ponit, ut sic iam absolutè futuro præuiso peccato Adami medeatur: ex eiusque meritis gratiam, & existentiam Angelis, & Adamo in actu exercito elargitur, viarumque domini in mundi fabrica exercita initium est; quin ex efficaci præfinitione Christi Redemptoris necessitas antecedens peccati, aut amoris Dei erga eius positionem absolutam specie adhuc tenus, inferatur; quæ ex aliorum præfinitionibus Christi Redemptoris immediatè post scientiam mediam peccati, atque ante absolutam, absoluteque præuisam peccati futuritionem concipiuntur, videbatur inferri. Verum discursus hic, qui in involucri nostris Salmantinis Recentioribus ipsius authoribus placet, nescio an bene euolutus placeret. Primo enim Christi existentia, & aduentus proprii naturæ ad creata omnia eo sapientiæ loco minimè continetur, ut vidimus. num. 1. & 2. quare huius propositionis compositio cum alia de necessaria præcedencia peccati absolutè futuri ad decretum de Christo Redemptore inutilis, atque otiosa prorsus cogitationis compositio est. Mitto discursu hoc naturalem ordinem decretorum diuinorum negligi, qui causarum, & effectuum in se existentium ordini, & signis debet concordare.

2 Secundo necessitas præcedencia peccati absolute futuri ad decretum Christi Redemptoris est necessitas præcedencia peccati in se; exercite futuri, atque, ut talis præuisi, non autem solum in causa, & purificatione conditionis, pro eoque purificationis illius signo, ut citata Patrum testimonia à nobis data cert. 3. & d. 1. q. 4. cert. 2. num. 3. & 4. satis ostendunt, suadetque rationem, ut in se, & secundum se videatur peccatum ad signum posterius natura, in quo futurum in se, & in actu exercito peccatum erit visio debet descendere, atque in eo illud pertingere: ergo post illud signum Christus Redemptor præfinitus necessario erit, si post absolutè præuisum peccatum necessario ex Patribus, ut feceris, præfinitus sit, non autem pro signo purificationis conditionis ante Adami existentiam, eiusque gratiam, & peccatum, pro quo solum signo absolutè non est, sed erit causalitatis futuritione, quæ signo posteriori effectus futuri completur: non secus, atque futuritio temporaria duratione ad præsentem, ex qua res futura est, completur: quare hæc videri futura nequit, nisi in illa posteriori duratione existens videatur. Tertio: complacencia illa Dei de mundo toto, ac rerum omnium mundi congerie, ac serie per scientiam simplicis intelligentiæ propofitis Deo ex parte conditionis, & E e c 2 anteceden

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

antecedentis ad futuritionem earum omnium sub conditione complacentiae ipsius non est causa, & conditio adaequata seriei illius rerum omnium mundi: sed cum aliis decretis & causis quae proposita sunt quare futuritio peccati, & gratiae Adami in illa sola praevideri absolute minime possunt, sed in decreto producendi primum, quod causa est suo ordine caeterum, ordine etiam suo reliqua posteriora, & posteriora, posterius, & posterius purificationibus suarum causarum proximarum sed inveniunt Recentiores ita plane evenisse, ac proinde Christum in scientia illa conditionata praevium fuisse fore in actu exercitio sub conditione absolute praevium peccati Adae in causa, seu purificatione conditionis complacentiae Dei, non dum autem futuritionis in se exercitiae peccati, & gratiae ipsam antecedentis, quae dependenter, atque ex meritis Christi in actu exercitio fuisse.

3 Sed contra primo quia vel ante statum futuritionis absolute in conditione purificata praevium etiam conditionate fuit peccatum, eique antecedens gratia sub conditione aduentus Christi, vel sub alia conditione, tanquam proxima, & immediata causa, & conditione gratiae, sicut sub conditione gratiae, tanquam proxima causa, & conditione praevium peccatum est, vel sub alia conditione proxima: quandoquidem sub solius complacentiae conditione non erat, neque esse poterat futura si primum complacentia purificata pro naturae priori ad gratiam, & peccatum fore videretur absolute Christus, ac pro posteriori gratia Adami, eiusque peccatum: quare etiam in statu absolute futuritionis tunc Christus Redemptor praecedet. Nec valet eo admissio postea signa executionis invertere: cum scientia illa conditionata fuerit de rerum causis, earumque ex ipsis futuritione exercitiae in se ipsis non autem de futuritione illa signata, ut sic dicam, & logica, seu arguitiva, quae ex praecisa conditionis purificatione absolute positione praecise est: quare, ut rerum positio absolute conditionata, quae praevium ad complacentiam illam est, conformetur veritatem proinde ex positione earum in statu absolute, a quo conditionatus ille, pender, probetur gratia, & peccatum in se, & exercitiae existentia debent in statu absolute Christi aduentum absolute praecedere, nec factis est praecedere, ut futura signata, & arguitiva pro signo positionis complacentiae, seu purificationis conditionis: quae praecedentia physica, & causalitatis, seu conditionis physicae praecedentis non est, sed logica solum, de qua hic non disputatur. Contra secundo: quia pro priori naturae ad complacentiam illam series rerum omnium proposita supponitur ut in illam ipsam feratur complacentia tanquam in quid in statu, non quidem futuritionis conditionata, sed solum possibilitatis praesuppositum tanquam obiectum complacentiae, atque ex parte conditionis positum si complacuerit in hac serie rerum omnium mundi a me cognita possibili erit ut cognita a me est: in qua serie rerum? in ea, quae independentem a complacentia, atque ut illius obiectum, ante ipsam, & futuritionem conditionatam ex ipsa complacentia praecognita est: ergo illa ipsa serie futuritiae sub conditione complacentiae conditionate res omnes mundi praevidentur: ergo non praevidentur fore Christus sub conditione peccati absolute futuritiae futuritione absolute ex purificatione conditionis, seu positione complacentiae, quae omnino a complacentia pender, sed futuri in se, & exercitiae, cum quo pugnat, quod in se, & exercitiae a Christi, eiusque meritis in actu exercitio positae gratia illud antecedens proveniat, provenireve conditionate videatur.

4 Demum in id tota haec machina erecta est ut Christus ut Redemptor etiam efficaciter decretus, positusque in actu exercitio existens ante exercitiam existentiam creaturae vilius mundi defendatur connexus tamen cum peccato, quin Adami necessaria libertas aboleretur ad peccandum, & ad amandum peccatum quod medium necessarium ad redemptionem per gen-

dam est cogatur Deus: quae absurda aegre vitari possunt. Recentiores praefati si immediate post scientiam conditionatam peccati Adae, atque ante vilo saltem modo eiusmodi peccatum absolute praevium praefinitio, siue decretum efficacis, etiam scientia illa conditionata regulatum, de Christo Redemptore adhibeatur verum incommoda haec praefata Recentium doctrina haud quaquam miscere, sic facile ostendo etenim, licet gratia Adami, eiusque peccatum a complacentiae illius a positione tantum ante decretum efficacis Christi Redemptoris fore absolute, atque ut absolute futura exercitio a Deo admittamus, cum praefinitio, seu decretum hoc efficacis Christi Redemptoris ante existentiam Adami, gratiaque omnis ipsi collata, atque peccati ab ipso commissi exercitiam, de factoque in ipsis positam pro priori naturae a Deo habeatur, apponitur sane aliquid Deum necessitatis, & cogens ad amandum, eligendumque, & apponendum peccatum absolute exercitium, sine quod demptio, cum qua decretum illud efficacis de Christo antecedens existentiam exercitiam peccati connexus essentialiter est, esse nusquam potest, item appositum in eo decreto antecedenti est aliquid cum quo peccatum in actu exercitio non esse nequeat: ac proinde, & Adami libertas ad transgrediendum praecipuum aboleretur: cum ex parte antecedentis decreti necessitas, atque omnino independentem ab exercitio actuali, & exercitio Adami sit apposta quare aequa dura incommoda illa duo praefinitionis Christi Redemptoris ante praevium absolute adhuc ex purificatione conditionis Adami peccatum in hac Recentium doctrina persistunt: imo cum hi Recentiores gratiam, & peccatum Adami in actu exercitio non nisi sub decreti illius efficacis de Christo Redemptore conditione futura admittant; eoque decreto antecedenti peccatum positum necessarium sit antecedenter peccatum, scientia conditionate huius futuritionis peccati in actu exercitio apponendi sub complacentia illa, ut de facto ea purificata positum in actu exercitio fuit, non media quidem, sed naturalis, & necessaria erit: quare aperiuntur decreto Redemptoris Christi, quam praefinitione alia post scientiam mediam immediate habita peccati libertas aboleretur eius enim praefinitionis positionem antecedenter auferri posse a voluntate se circa peccatum exercente non minus, quam obiectum, & scientiam conditionatam qua essentialiter regulatur eius doctores specie saltem aliqua contendunt: quod huius doctrinae auctores ne ipse quidem tenus possunt praetendere.

Q V A E S T I O II.

De Mariae Dei, hominumque Parentis ab originali, debito etiam, immunitate.



Difforme diuipare ab originali immunitatis tractatum satis me ob pigrorabant, & generis, & ordinis, mei pieras auita verum non eis solum titulis pie huius sententiae, ac veritatis defensionis adstringor. fatear enim lubens, quod diuinae misericordiae debeo non inuitus. Me scilicet, non tam quia societatis Iesu alumnum illius propugnatorum, quam quia eius propugnatorum societatis Iesu alumnum esse cum enim in ignavia saeculo ad religionem euocarer, genioque, an numine ad dominicam, apud quam immaculata virginis conceptio minui: audit, bene vehementer impelleret, ne contra tantae, tamque communis matris honorem fors aliquid quando

quando crederem, simularemve quidpiam, vel saltem aliquid dissimularem, ad societatem nostram, in qua plena semper diuini parentis exitit laus tanquam ad mariani honoris, & pietatis asylum confugi. Cum ergo ex hoc diuinorum decretorum ordine, quem versamus virilis, & theologica pro vtraque, & ab originali, & ab huius debito Virginis immunitate in primis ratio pendeat, vt non vtrumque ad pleum surda re per tempus, præsensque institutum nobis liceat, aut difficilioris immunitatis à debito, quæ sola iam disputationibus vltioribus eget, propria loci huius fundamenta præterire per pietatem non licebit.

CERTAMEN I.

Ad decisionem notata.

I Vt difficultatis punctum clarius dispiciatur, nota primo: debitum originalis posse sine originali esse. Etenim in quocumque originale consistat debet incurri vi inclusionis in pacto positionis peccati Adæ, atque originis ex ipso quare, licet quis contra horum omnium vim gratia à Deo in sui conceptione donaretur ab originali quidem, nõ autem à debito contrahendi illud esset immunis, quocirca Ægyptus de presentatione audiendus non est, 4. de concept. q. 4. art. 5. à §. 2. dum ait, ab his omnibus quæ B. Virginem ab originali liberant, à debito etiam esse liberandam: ipsa siquigratia infusione, qua originale, aiebat, ille impeditur, & debitum aboletur; non secus atque in nobis cum ab originali per gratiam emundamur contracto, debitum originalis aufertur: verum debitum passiuum exigentia, siue obnoxietatis contrahendi culpam originalem ex vi inclusionis in pacto transgressionis Adæ, atque originis ex ipso cum debito pecuniario, quod ipsa pecuniæ solutione remissione soluitur male confundens Ægyptus immerito contra DD. omnes insultat cum tamen qui originale non contrahit, debitum contrahendi non soluit, quin in eo gratiam Dei, & beneficium debeatur recognoscere, quod peccatum non contraxerit quod debeat, nos autem cum à contracto per gratiam liberamur debitum illud contrahendi eximus non quidem gratia ipsa, sed incurfione in peccatum, quod cum semel solum incurfere deberemus vbi semel incurfimus debito incurfendi satisficimus, quamquam debito alio carendi gratia, & beneficio Dei quæ formalis dignitas demeritoria mortalis cuiusvis est, ipsique identificata: quare mortali sublaro, & ea dignitas necessario aufertur. Cum ergo debitum pecuniarium in ablatione, ac retentione alieni inuito Domino stet impossibile est restitui ablatum, vel remitti quin retentio contra voluntatem Domini, ac proinde, & debitum subiectiuum cesset; aut cum debitum contrahendi originale in pacto, transgressionemque Adami, atque origine ex ipso, vel stet adæquatè, vel fundetur quandiu hæc adfunt debitum contrahendi consistit, etfi originale non contrahatur: vi autem debitum hoc alicui ex posteris Adæ, non adit aliquid ex tribus illis, quæ illud, vel fundant adæquatè, vel constituunt, ipsi absuifse necessarium est: quocirca, cum propagatio, & origo ex Adamo nulli eius postero deficiat, cum ex ea origine eius posteri sint, inclusio ipsius in pacto de gratiæ priuatione, vt de facto fuit initium, deesse debet, vt debito originalis contrahendi liberetur.

2 Nota secundo in pacto illo de transfundenda gratia in posteros Adæ, nõ potuisse esse generalem conditionem transfusionis in omnes obseruationem præcepti, neque priuationis gratiæ respectu posterorum omnium sine exceptione vlla præcepti transgressionem: ex hoc quippè secundo fieret, vt nullus ex Adæ posteris in gratia concipi, ac non in peccato deberet transgressionem posita: ex primo autem, quod ex iisdem nemo, etfi contra originalis debitum in gratia concipe-

retur, gratiam originalem reciperent: etenim id solum originale est, quod vi originis habetur, non autem quod quasi casu, nulloque originis iure cum ipso coniungitur; cum autem deiparæ gratia in conceptione ipsius habita originalis gratia, & iustitia à ferè omnibus Theologis, ac tota penè Ecclesia admittatur respectu ipsius in deiparam vi originis transfundendæ obseruationem præcepti, quæ non adfuit conditionem non fuisse, sed solum eius ex Adamo propagationem certissimum esse debet: idcirco communi modo constituendi pactum Dei cum Adamo de gratiæ in posteros transfusione, vel non transfusione non satis firmiter acquiesco. Sic enim vulgo statutum pactum inter Deum, & Adamum putatur. *Do tibi gratiam transfundendam in posteros omnes si præceptum obserues, si autem illud transgrediaris, & te, & illos (excepta ea, quam in matrem elegero) gratia priuabo.* Putatur enim exceptione illa matris suæ Deum firmasse in contrarium legem, & pactum de gratia non transfundenda in Mariam, etfi Adamus patrens peccaret; ac proinde vi pacti huius, & originis Mariæ matris ex Adamo transfusionem gratiæ deiparæ deberi. Cæterum: si respectu omnium omnino posterorum præcepti obseruatio, nec sola origo ex Adamo, conditio ad gratiæ in ipsos transfusionem in prima pacti parte fuit apposita, non nisi ea purificata, atque obseruatione præcepti ab Adamo adhibita, transfusio gratiæ ex Adamo ipso in posterum vllum esse poterit, vi partis illius pacti posteris proficiat, ex qua solum ipsis deberi transfusio gratiæ potest, etfi postea in parte pacti posteris nociua exceptio illa electæ, siue eligendæ in Dei matrem famina accedat. Etenim licet ea exceptione apposita vi originis ex Adamo pacti, & transgressionis gratiæ priuatione electa in matre incurfere, non debeat, quod satis est, vt ne originale debeat incurfere, aut non debet vi originis gratiam recipere, cum sola origo sine præcepti obseruatione conditio ad gratiæ in posterum quemque Adami transfusionem non fuerit. Sic igitur pacto toto constituto integrum prorsus Deo vi etiam pacti illius est posita origine ex Adamo electæ in sui matrem, gratiam, vel denegare, vel conferre quin vi originis ex illo eam conferre ipsi teneatur solum enim habet ea exceptione electa in matrem Dei, ne gratiæ recipienda in sui conceptione origo ex Adamo, cuiusque transgressio sicut posteris reliquis obfit, non autem, vt gratiæ tunc ab ipsa recipienda origo proficiat: quare sic constituto pacto gratia, & iustitia deiparæ, quantumuis in conceptione recepta, originalis non fuisset, vt fuisse clamant piæ opinionis Doctores.

3 Vtergo originalis deiparæ iustitia, & gratia cum omnib. piæ huius sententiæ assensibus defendatur ita pacti statuendum est, vt respectu Mariæ Adami filia sola origo ex ipso ad gratiæ transfusionem in pacto requiratur. Quod pacto illo cõmuniter statuto non cõsistere nuper ostendebamus. Altero autem ex tribus modo constituto pacto constabit. Primo: si pacto illo, quod cõmuniter circumfertur exceptioni eligendæ in Dei matrem addatur: *Excepta ea, quam in matrem elegero cui è sola propagatione ex te Adamo gratiam, quam in te primo transfundam, etfi præceptum meum transgrediaris.* Secundo modo si addatur ex parte etiam proficiat posteris in pacto illo exceptio similis: *do tibi gratiam transfundendam in filiam tuam, quam elegero in matrem: atque in posteros reliquos, si præceptum obserues; si autem transgrediaris illud, reliquos ab illa posteros gratia priuabo.* In primo autem modo duriusculum videtur, quod ex hypothesi transgressionis, & peccati Adami, ac proinde, & Adami peccatoris gratia, quam iam amiffisse supponitur, vi originis ex ipso transfundenda in posterum afferatur: id quod, licet obiecta posteri illius maternitatis Dei dignitas vincere absolute possit duriusculum videtur: faciliusque, ac suauius vellem discursus nostros theologicos componi.

In secundo vero modo nihil duritiei illius inuenitur: quare illi maxime acquiescam, nisi doctis tertius modus scripturæ accommodatior fortasse videatur. Tertius igitur modus constituendi pactum Dei cum Adamo de

transfundenda in eius posteros gratia sic habet. *Do tibi gratiam transfundendam in posteros; autem praeceptum meum transgrediaris posteros reliquos tuos, praeter matrem meam, gratia, eiusque transfusione primabo.* In hoc tertio modo, sicut in secundo cessat illud, quod vi originis ex Adamo supposito, siue in hypothesei Adami iam peccatoris gratia postero ipsius alicui transfundenda promittitur: solumque admittitur in tantae matris suae honorem pactum de transfundenda gratia vi originis ex Adamo; tunc, cum iniebat Deo amico reuocati pro ipsa non fuisse: ac proinde vi originis ex Adamo in gratia, & iustitia propriae, & rigorose originali fuisse conceptam: nec deest cogitationi huic in genesis historia fundamentum: quia de pacto Dei cum Adamo inito, quoad transfusionem gratiae in posteros nulla est de obseruationis praecipi conditione mentio: quare, & ab ea absolute fore videretur, nisi limitatio illa ad negationem transfusionis, & priuationem gratiae posterorum Adae legeretur *genef. 2. n. 17. in quocumque die comederis morte morieris*: siue vt vertit Hebraeus Philo, *morte moriemini*, quibus verbis non contineri Virginem beatam, sed, vel exceptam subintelligi, vel supponi ij omnes censent, qui etiam originalis debito supponunt immunitatem. Caeterum non admodum aperte in prima illa proficua nobis parte pacti ad transfusionem gratiae in omnes vniuersim homines sola origo ex Adamo vt conditio, requireretur, statim adeo vniuersim, vel limitanda, vel retractanda: quare secundo illi modo assentior, praefertim cum nihil pro hoc tertio ex scriptura firmum reperiam, in qua, nec tertius exprimitur, neque secundus ille improbat.

4 Nota tertio, vt priuatio gratiae nostra, nostra etiam culpa fit, nec solum Adami in posteris ob propriam ipsius transgressionem pena, oportuisse, vt ex pacto etiam liberè vtrique inito Adamus posterorum nomine obseruaret, vel non obseruaret siue violaret praecceptum, vt sic Adami transgressio, posterorum etiam transgressio foret, atque hi moraliter in ipso delinquerent: sicut de omnibus eius communibus posteris (dixi communibus, ne Mariam videar comprehendere) in Adamo peccasse Patres consensè docent. Facilius autem ea intelligitur, quomodo Adae peccatum, posterorum etiam peccatum fuerit: quomodo etiam, si vterius priuatione nostra gratiae praeter nostri ex Adamo propagationem, & existentiam originale nostrum constituitur, non sola Adami in filiis pena, sed & eorum sit culpa: multoque adhuc facilius intelligitur, quod aeterno verius, sola propagatione ex Adamo, qua eius posteris sumus, fieri nos originaliter peccatores: quia nimirum peccatum quod in Adamo, posterorum etiam de se erat, vbi primò ex ipso orti ad iustitiam in se inficit, ni gratia praeniantur: solum quippe expectabat posterorum Adae existentiam gratia vacuam, atque expeditam, vt qui in alio peccauerant in se peccatores fierent. Obseruaret vero, ac de facto violauit Adamus praecceptum nomine posterorum collocatis ex Dei oblatione, & libera Adami acceptatione nomine posterorum voluntatibus in voluntate ipsius, siue in ipso eorum capite prudentissimo, sapientissimo, ornatissimo, sanctissimoque: non secus atque pupilli voluntas è iudicis decreto, & curatoris acceptatione in huius voluntate, seu volitione physica ritè, & validè quandoque collocatur.

5 Hinc nota quarto: Voluntates aliquorum posterorum potuisse ita in Adami voluntate consisti, vt, quoad obseruationem tantum, non autem, quoad transgressionem collocarentur. Cum enim ea collocatio è Dei, & Adami mero arbitrio pendeat, si Deus, & Adamus ita inter se conueniant, vt solum quoad obseruationem, & pacti proficua, non autem, quoad nocua posterorum aliquor nomine, & persona Adamus agat, nusquam quoad nocua, factum Adami illorum erit, seu quod quidem est pro illis tenebit. Id quod pupilli, & curatoris nuper tacto exemplo vulgari, & appetitissimo clarebit. Curatoris enim pro pupillo actiones ciuiles, si huic proficuae sint, pupilli etiam

actiones ratae habentur in iure, nocuae autem non item: neque enim pupilli actiones ratae, & validè ciuiler reputantur in iure nocuae ipsi actiones curatoris: ac proinde illi competit in integrum restitutio, vt ad litem integram denuo possit accedere: quod, si quoad nocua etiam, pupilli voluntas in voluntate curatoris esset absolute constituta, fieri nequaquam posset. Dices tamen: libertas essentialiter est libertas ad vtrumlibet: ergo nequit esse libertas Adami ad obseruationem, posterorum etiam libertas ad obseruationem, quin sit eorum etiam libertas, quoad non obseruationem, siue transgressionem constituitur. Argumentum probat etiam contra Pupilli, & curatoris exemplum vulgatissimum: sed contra neutrum probat. Nam libertas moralis, seu impuratiua, & in alio dicitur, quod ille alius nomine, & ex persona alterius physica suam libertatem exerceat: potest autem illam exercere nomine alterius, quoad vnum extremum, ac non, quoad aliud, vt de se patet, atque exemplo Pupilli, & curatoris.

6 Nota quinto contra plures, praecipue tamen contra Complutenfes Recentiores: opus non esse eos omnes, siue viros, siue foeminas, qui originale contraxerunt inclusos fuisse in pacto illo à Deo cum Adamo inito pro signo libertatis Adami, & indifferentiae ad obseruandum, vel transgrediendum praecceptum: neque opus item esse eorum voluntates absolute in Adami voluntate inclusas, pro illo etiam signo praecedere: sed satis omnino esse, si conditionate ex parte obiecti includerentur, eorumque voluntates in Adami voluntate collocarentur sub conditione, posterius etiam naturam pacto, imò, & peccato, purificanda. Ratio à priori est: quia constitutio hae voluntatum posterorum in Adami voluntate nihil est aliud, quam velle Deum, & Adamum, vt hic eorum nomine, & quasi ex eorum personis suam circa obseruationem, vel transgressionem praecipi libertatem exerceat: potest autem vique pro suo arbitrio velle, vt illam exerceat nomine aliquorum, vel plurium, & plurium sub conditione in signis posterius pacto, & exercitio illius libertatis purificanda: siquidem, cum totalis causa physica illius actionis sit physica Adami libertas, quin ad physicam eius actionis elicentiam voluntatum aliarum in ipso collocatio vltatenus, ex parte principij requiratur, ad molem imputabilitatem fati erit velle, vt illorum ea actio sit sub hac vel illa conditione, posterius etiam vsu libertatis purificanda: dummodo ante eiusmodi vltimè soluta sit ex parte actus voluntas illa conditionata ex parte obiecti. Probatur secundo exemplo illo curatoris, & Pupilli: huius enim nomine, ex eiusque persona curator agit litem: valide quidem, si actio curatoris Pupillo proficua est: cum tamen esse proficua post vsu facultatis, & libertatis curatoris est, sine facto ipso, & vsu resultet: quare, & porrectis illa, seu voluntas pupilli, quoad ciuiles actiones in voluntate curatoris ex decreto iudicis, & acceptatione curatoris conditionate collocatur sub conditione posterius naturae, vsu, & exercitio libertatis physicae curatoris.

7 Tertio probatur. Nam collocatio hae voluntatum nostrarum in voluntate Adami de facto non fit absoluta prorsus, sed conditionata ex parte obiecti sub conditione nimirum nostrae propagationis ex ipso: vnde, si ex nobis aliquot homines aliunde, quam ex Adamo propagarentur, à Deo vè conderentur, neque essent absolute in pacto illo inclusi, neque eorum voluntates absolute in Adamo collocatae: quare, neque in Adamo peccassent, neque originale contraherent: quia conditio propagationis ex Adamo purificata in eis non esset: ac proinde nec pacti voluntates transirent in absolutas: atqui conditio hae propagationis ex Adamo purificanda, purificataque fuit in aliquibus, (ne dicam in omnibus,) post pactum, collocationem nostrarum voluntatum in voluntate Adami, vsu libertatis eius in transgressione, & peccato, imò post Christi aduentum & meritum, quae posterius natura Adami peccato fuit.

fuere, ergo voluntas Dei, & Adami pacifcentium, ut
vltus libertatis ipsius quoad transgressionem, vel non
transgressionem esset moraliter vltus nomine & ex per-
sona posterorum, ac proinde collocatio voluntatum
posterorum licet absolūtē ex parte actus fuerint, fue-
runt tamen conditionatē ex parte obiecti sub condi-
tione posterius natura pactō, vltus libertatis Adami, eius-
que peccato. Minor, quā sola probationem desiderat
probata manet, disp. 1. quæst. 4. cert. 2. atque proxi-
mius, quæst. 1. cert. 3. num. 3. vbi ostendimus homi-
nes plures fuisse meritis Christi remanendis post Adā
peccatum decreti ex suis parentibus, quare, & ex Ada-
mo tandem propagatos. Denique huius cogitationis,
obseruationisque nostræ veritas & veritas clarebit ma-
gis certam. 4. vbi in aduersa doctrina immunitatem
deparāe à debito originalis defendi nullatenus posse
contra hæctenus excogitatos illam tuendi modos soli-
dis impugnationibus ostendemus.

CERTAMEN II.

*Mariana à debito originalis immunis ab
authoritate fundatur.*

Doctores, qui Virginis à debito etiam originalis,
immunitatem approbant, vel defendunt, ex no-
stris sunt K. P. Petrus Canisius cognomento germanicæ
Apostolus lib. de deipara c. 27. S. Ad Thomam vbi ab illo
omnes in Adam peccaverunt, in quo est originalis debitum,
Virginem exceptit Salmeron. in cap. 5. ad Roman. d. 49.
pag. 617. & 619. colam. 2. Franciscus Turrian. epistol.
ad Iacobum Amiotum, ac de peccato originali §.
Sed iam accessuri ad finem Angles in floribus 2. senten-
tiar. disp. 31. quæst. 1. appendice 6. Iustinianus in
1. 2. ad Thimoth. num. 6. Cosmas Magallanes ad eundem
locum sect. 3. annotat. 6. S. Ado mihi videtur. Valen-
tia t. 2. d. 6. quæst. 11. pu. 1. & 4. ac disp. 2. quæst. 1.
punct. 2. vbi tacitus assentit, dum ea de re Catharinum
non improbat Ludouic. Pont. in cant. exhortat. 20. §.
3. Ferdinandus de Salazar, de concep. cap. 24. Salas t.
2. tract. 13. disp. 11. sect. 5. quæstiunc. 11. Granad. me-
meliora sapiens controu. 2. de incarnat. tract. 1. d. 3.
sect. 22. Alarcon obiter tractatus de volunt. & præ-
dest. & fuisus publicè dictato Complut. manuscripto
de incarnatione Perlin. libello Apolog. pro immacula-
ta conceptione disp. 4. cap. 14. Barradaf. tom. 1. in
Euang. lib. 6. cap. 3. Benedictus Fernandez cap. 9. in
genef. cap. 9. sect. 8. Lugo disp. 3. sect. 3. num. 37.
Ambros. Pennalosa. in suis vindiciis disp. 10. à num.
5. Bernardus Aldrete de incarnat. tom. 1. dip. 22. à sect.
4. tamque ex pluribus retro annis omnes Magistri no-
stri recentiores in manuscriptis, ac tam specialibus,
quam generalibus thesibus propugnandis; ex alienis
vero Doctores Nicolaus Decusa Nicolai Pa. 4. Cardin-
alis tom. 2. ad id canticor. 2. versu 2. Sicut vltum inter
spinas Ambros. Catherin. opusc. de conceptione, part. 1.
à §. Priusquam vero, Cornelius Musus Episcop. Bitonti-
nus in epist. ad Rom. cap. 5. Bernard. de Baft. 1. part.
Marial. ferm. 9. part. 2. Etyd. de præsent. 4. de concep.
quæst. 4. art. 5. à §. 2. Lehana Carmelit. Apolog. pro
concept. cap. 32. Clitobæus de concept. Virgin. cap.
8. Basil. Legionens. 1. p. variat. relect. 3. quibus acced-
unt iam Franciscani omnes Doctores, qui passim cul-
fis pro hac Mariæ à debito originalis immunitate, &
libellis, & thesibus nobiliter à suo præceptore Scoto
degenerarunt, ne à pietate erga communem matrem
pietate deficerent. Et quidem Soarius noster t. 2. 3. part.
disp. 3. sect. 2. §. Queret aliquis hanc sententiam pro-
bare videtur, & clarius adhuc 1. 2. tractat. de peccatis
disp. 9. sect. 4. cui & nos sententiæ libenter subscri-
bimus.

2. Tam ex Patribus Richardus Victor. in Breuiario
Romano edito Lugduni anno 1544. lect. 6. festi de

concep. sic habet. Non decuit, ut caro Maria, qualicum-
que foret obnoxia culpa. Ergo nec originali quæ qualicum-
que culpa est, atque in cap. 2. & 6. cantic. *Tota fuit pul-
chra, quam totam possedit gratia: quia nullum in ea locum ha-
buit peccatum.* Si autem debitum haberet locum in ea
destinatum habuisset peccatum, etsi eum non occupa-
uisset. Petrus Damian. ferm. de natiuit. Virgin. apud
Soar. disp. 3. cit. lect. 5. *Quid vixit in eius corpore, aut
mente vindicare sibi potuit locum, que totius diuinitatis me-
ruit esse sacrarium?* Eadem ferè habet Augustinus, seu,
qui eius nomine author est sermonis de natiuit. Virgin.
apud Iacobum de Valentia in id canticor. 1. 12. *Dum
esset Rex. Potuisset autem locum sibi vindicare pecca-
tum, quæ obnoxia de se ac destinata esset peccato.* Si-
mile argumentum continet verba Chryssipi Hierosol.
Præbiteri ser. de S. M. dicens: *Ane solis ortus, qui nullum
ferre potest occasum.* Si enim ferre debet, quo pacto fer-
re non potest? Germanus Patriarcha ferm. de zona, &
falsiis B. Mariæ illud psalm. 85. *Gloriosa dicta sunt de te
cinitas Dei.* Explicans apud Surium. die 31. augusti. ait:
*Puritate omnibus antecellentem Mariam nulli penitus culpa af-
fuenim.* Effer autem affinis culpa, si peccato esset obno-
xia, & quod idem est, in Adamo peccasset. Rupert. 6. in
cantic. ad id *Duo vbera tua*, sic Virginem alloquitur. *Li-
bera es ab omni iugo peccati.* Ast si iugo peccati subiaceret,
seu eius debito subiaceret, à subiugatione quidem li-
bera esset, si non peccasset, à iugo autem libera esse
non posset.

3. Anselmus ferm. de concept. in Breuiario Nogue-
rolis approbato à Sixto 4. lect. 1. die 4. infr. octau. pen-
dens illud Pauli *omnes in Adam peccauerunt*; sic ad Ma-
riam ait. *Sicut te, non intra omnia, sed supra omnia, quæ fa-
cta sunt ineffabili modo contueor: ita te non lege nature
aliorum in tua conceptione deumtam esse opinor.* Quid clari-
us? Lex enim nature etiam debitum est.

3. Sed clarius idem Anselmus apud Breuiarium idem
die 6. infra octauæ eiusdem in eam ipsam sententiam
iterum Mariam alloquitur. *Te morte peccati in tuo conce-
ptu potuisset prægaurari, confidere animus hoc vetas, intentio
abhorret, lingua fateri non audeat.* Quo autem pacto non
potuit si debuit; Cyprianus, seu quicumque eius no-
mine author est libri de Cardinalibus Christi operibus,
ferm. de natiuit. ira scribit. *Quoniam plurimum à ceteris
differens natura communicabat, non culpa: ergo neque
culpa in Adamo ceteris communicabat ab eis pluri-
mum differens Maria, quorum culpa erat, culpa in
Adam, quod si in Adamo cum ceteris non peccauit,
neque obnoxia originali fuit, debitumvè huius incur-
rendi contraxit, debitum quippè hoc atque peccato
originali obnoxietas à peccato in Adamo diuidi nequit*
Augustinus t. 7. lib. de natura & gratia cap. 36. ait, de
Maria *nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo que-
stionem.* Ergo nec cum de peccato in Adamo, ac proinde,
& debito originalis agitur, quæstionem vult habere
de Maria, maxime, quia si in Adamo peccasset non pos-
set de eius originali, quod peccati in Adamo conse-
quens naturale est, quæstio haberi, atque infra scribit
*plus gratie Mariæ collatum esse ad vincendum omni ex parte
peccatum: ergo ad vincendum etiam peccatum in Ada-
mo, alioqui non omni ex parte peccatum venisset.*
Rursus tom. 10. sermone vndecimo, in natali Domini,
ait, cum dixit Angelus: *gratia plena, ostendit ex integro
iram exclusam primæ sententiæ.* Noa esset autem ira
primæ sententiæ ex integro exclusa, si in Adamo pec-
casset, ac debito originalis subiaceret: cum utrumque
ex primæ sententiæ ira sic S. Iacobus sua liturgia, t. 6.
Biblioth. Patrum nouæ omnibus modis irreprehensam Mariæ
appellat: ergo neq; ob peccatum in Adamo, quod licet in
illo ipsius peccatū foret, si in illo peccasset. Hier. in breu.
Hisp. lect. 1. die 2. infra octau. concep. *quidquid in Ma-
ria gestum est, totum puritas totum gratia est.* Non esset ve-
rò totum gratia, & puritas, si in Adamo peccasset.
Idem Hieronymus ferm. qui habetur in officio de con-
ceptione Franciscano approbato à Pio 5. in 2. nocturno.
Ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Neque in Adamo
scilicet, neque in peccato illo.

4. S. Theff

4. S. Theophon. Martyr Iacobi minoris discipulus lib. plumbeo ex repertis in sancto monte granatensi anno 1595. Mariam non tetigit primum peccatum. At tetigisset sane, si in Adamo peccasset. S. Dominicus apud Coccium lib. 3. articulo 1. & apud Breuarium Romanum probatum à Sixto IV. atque eodum Lugduni: *Sicut primus Adam fuit ex terra virgine; & nunquam maledicta formatus, ita deuit in secundo Adamo fieri.* Consonant autem hæc verbis Ecclesiæ Achaiz in passione S. Andree, quæ ab illa, vt verba eius Apostoli ad Tyrannum Ægeam referantur, atque vt ipse quæ tota Ecclesia Christiana in eius festo recitantur: *quomodo de immaculata formata fuerat homo primus, ita necessarium fuit, vt de immaculata virgine natus Christus &c.* ergo legi peccati, quæ maledictio terra, seu naturæ humanæ fuit, B. Virgo non fuit subiecta; in quam sententiam scripsit S. Ildephonus lib. de parturit. & virginis. Mariz circa med. asserens, *eam in totum fuisse extraneam à maledictio prime damnationis.* Dixerat autem superius, quod, *Maria nec Adam, scilicet, qua peccatorem non qua Patrem, ad se admisit: quare quod neque in ipso peccauit, sed quatenus ad Mariam attinet, à Adam, ac si non peccasset existerit.* Adest etiam nobis oratio Missalis Romani, editi Lugduni anno 1545. pro die, & festo conceptionis quæ hodie huius mysterij deuotus ex vsu quotidiano est, sicque habet. *Deus qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitabulum preparasti, concede quesumus; vt sicut ex morte Filij tui præuisa eam ab omni labe preseruasisti, &c.* Cui consonat oratio alia officij memorati Nogue-rolis: *Deus, qui immaculatam Virginem Mariam, vt digna Filij tui Mater existeret, ab omni labe peccati in conceptione sua liberasti, &c.* Sed an non peccatum ipsius in Adamo lapsus, seu labe eius in illo esset? Recitari poterit Anselmus, iterum Anselmus ad c. 5. epist. 2. ad Corinth. *omnes mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dempta Dei matre, sine originalibus, sine actualibus.* Etenim si originalia in plurali ad Mariæ conceptionem referantur, cum in vnoquoque in se vitium solum contrahatur à contracto inse, & contracto in Adamo, B. Virgo asseritur immunis, quare, & immunis à debito, cum ita solum respectu eiusdem intelligi plura originalia queant. Sed primo, pluralitas originalium respectu omnium reliquorum verius, sinceriusque intelliguntur. Secundo eius operis author Anselmus non fuit, sed doctissimus, & notissimus scriptus scholasticus suis Hericus generalis sacri ordinis Prædicatorum Magister. Idcirco eiusmodi testimonium adhibui mihi pro re præsentis non satis firmo, quia pro immunitate Deiparæ ab originali perspicuum est, tantique ex aduersa huic mysterio familia Doctoris.

5. Sed adhuc pendenda est ratio Anselmi recitati num. 2. sine illis verbis: *Ita & te non lege naturæ aliorum in tua conceptione opinor.* in quibus naturalis, & solida Marianæ huius à lege, ac debito originalis peccati dignitate, & gratia maternitatis Dei continetur, Licet enim in naturam humanam totam vniuersim ea maledictionis lex, eo quod à transgressore Adamo propagata fuerit, lata videatur, Id tamen de Principis Dei legislatoris matre intelligendum minime esse ratio ipsa videtur monstrare, sicut nec de Principe ipso, quocum ipsius Mater moralem quandam non vniorem modo, sed vnitatem, & identitatem indicatur habere, ac proinde à lege, quæ Principem legislatorem non tangit censetur exempta, argumento Vlpiani in l. Princeps, Digesti de legibus, quæ sic habet. *Princeps legibus solutus est, Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem ipsi privilegia tribuunt, quæ & ipsi habent.* Hinc audire mihi videor supremum Creatoris Imperatorem Virgini matri illis hac super re loquentem, in quibus olim Artaxerxes Assucro pauidam Iudæam, Estherem sponsam, ac Reginam ob legem de excidio Iudæorum omnium vniuersim latam, fuit alloquutus Esther 15. *Noli metuere, non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex, maledictionis & peccati, constituta est.* Si autem, licet pro omnibus ea lex sonet, pro Matre Dei legislatoris ea dignitas, atque sponsæ Dei constitutam non

esse demonstrant, vbi enim eius in Adamo peccatum, vbi eius ad originale incurrendum debitum, & vbi dicam obnoxietas, quæ non nisi constante contra ipsam lege possunt consistere? Discursum integrum ad rem hanc mutatis etiam ab Assucro verbis approbat Sixtus Pap. 4. dum Authoritate Apostolica memoratum Noguerolis officium approbavit anno 1480. die 4. octobris pontificatus sui anno decimo: *liquidem in responso lectionis 9. Matutino hæc habentur: Omnes moriemini, quia in Adam peccastis; Tu veto, ne timeas à Maria inuenisti gratiam apud Deum; Non enim pro te sed pro omnibus hæc lex constituta est.*

6. Aliam adhuc huius veritatis rationem, & confirmationem ex eodem Anselmo non omitam, Etenim ille libro de conceptu virginali roganti Bosso: *Quomodo Deus accepit naturam de massa peccatrice sine peccato.* Respondit: *Nempè decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo neque intelligi, virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genuitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus, idemque communis Dei Pater, & Virgini Filius, & quam ipse filius substantialiter facere sibi matrem debebat, & de qua Spiritus Sanctus volebat, & operatus erat, vt conciperetur, & nosceretur ille, de quo procedebat.* Quam eandem rationem dederat antea Anselmus idem lib. de conceptione Virginis, & peccato originali capite decimo octauo, scilicet: *Opportuisse Dei Matrem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequeat intelligi: Possent autem maior puritas sub Deo intelligi, si Maria in Adamo peccasset, & debitum originalis incurrisset.* Puritas enim cum recessis à peccato sit eo maior est, quo distantiior quis est à peccato: vnde Deus purissimus est, quia etiam in actu primo à peccato recedit, quia nullam ad peccandum potentiam habet quare maior est sub Deo puritas creature, quæ licet habeat potentiam ad physicandum, vt de Deipara communiter statuitur, tamen debitum ad peccandum originaliter non habet, neque in Adamo peccatit. Quæ ratio, & tenentur à nostro Vasquez solutionem tertia parte, tractatu secundum, disputatione 117. capite 11. præcludit, & sanctus Thomas in 1. disputatione 17. questione secunda, articulo 4. ad 3. & disputatione 44. questione unica, articulo 3. in nostram sententiam petrauit, vt mox videbimus. Miraculi vero instar est audere aduersarios pie opinionis aliquot sancti Anselmi auctoritatem nobis obicere ex libris *cur Deus homo*, de quibus ipsemet eisdem fateatur maiori, quam par esset, breuitate, ac festinatione à se compositos editosque fuisse. Verum neque ea scribendi, edendique celeritas in causa esse potuit, vt contra eam sententiam, quæ alitè ad ipsius matris cordique infederat ipsius cogitatio nedum clamus editaret quidquam: maxime cum aliter suo tempore opinantes, ac celebritatem omnimodæ in Marianam ab originali detrectantes ferè in modesta pietate his obiurgauerit homin. de hac festiuitate. *Evanescent capite, qui tantam diem, tantaque sacramenta ac mysteria tenent ignorantia inuoluntè respiciunt celebrare: eo quod viri, & mulieris copula in conceptione virginis existit. inferius: Si non peccet illis celebrare solemnia conceptionis carnalis Dominice Matris, placeat illis colere animæ eius spirituales creationem, & corporis, & animæ copulationem: atque insuper epistola integra ad Coepiscopos suos ad huius mysterij celebritatem fuerit adhortatus, eaque obtinuerit ab Ecclesia Lugdunensi, vt eiusmodi solemnitate initium faceret, ac reliquis gloriosum exemplum, vt sermo Anselmi ex eiusdem de ea festiuitate scriptus, seruatissimè in oratorij Romani Bibliotheca, atque à Baronio presule, & Baronius ipse in suo Martyrologio, Romæ die 8. decembris restantur. Aduersa igitur nostræ, ac suæ sententiæ Anselmi verba, non assentes, sed Bosso dubitantis, & quærentis fuere, quomodo Deus accepit naturam de massa peccatrice sine peccato, licet libro citato de conceptu virginali iterum quæritur. Supponitur enim ibi, Deiparam non solum peccato obnoxiam in eoque conceptam, sed & natam fuisse, quod ne bardus quidem homo, nedum doctissimus Anselmus*

Anselmus tunc assereret cum Deiparæ natiuitas à tota celebrabatur Ecclesia, nec Mariæ solum, sed & Baptisæ natiuitas; Licet autem Anselmus dixerit Mariam fuisse de his qui mundati sunt per Christum non eius conditionis esse voluit, sed generis, nihilque curauit tunc de eius immunitate à debito, originali, quia ad consequentiam de immunitate Christi ab originali nihili referebat alterutrum, quemadmodum & alia, quæ Bossius ibidem supponit non reicit, nec declarat, quia præsentis instituti non erant longioreque desiderabant sermonem.

CERTAMEN III.

Bernardus, & Thomas nostræ sententiæ nomen dedere.

Sed iam Bernardi ipsius, qui præcipuus nostræ huius sententiæ, atque immunitatis ab originali æstimatur impugnator, testimoniis fulcienda etiam immunitas Virginis à debito erit ex quibus primum esto ex ferm. de assumpt. vbi hæc habentur. *Caro Virginis ex Adam assumpta maculas Adæ non admisit: Ergo neque in illo peccatum, quod ex maculis Adæ proculdubio est. Scio hunc sermonem à nonnullis sanctissimo Cardinali Petro Damiani attribui, sed ab aliis Bernardo tribuitur: neque doctissimi patris Damiani autoritas omittenda fuit. Item sermone 4. super salue Regina, habet. Immacens fuisi ab originalibus, & actualibus peccatis: nemo ita præter te. Vnde auctoritas Augustini: cum de peccatis agitur, nullam de beata Maria volumus fieri mentionem. Sed hos sermones è styli diueritate non esse Bernardi aduersarij contendunt leuitatis fundamento: quoniam vt notat Gaufridus, siue Gothfridus Monachus Claraualensis annos terdecim Bernardi discipulus, quique eius vitam conscripsit non eodem semper stylo Bernardus fuit vsus ferm. Item sermone 13. in cæna Domini de originali agens verbis Augustini: De qua cum de peccatis agitur nullam prorsus volo habere questionem. Iterum Mariam excepit, quem sermonem plures semper, licet alij reclamant germanos Bernardi factus iudicauerunt, ac demum reclamantibus neglectis, non ignoratis inter genuina eius opera collocarunt. Tertio ferm. de beata Maria; qui incipit *Aue Maria* in hæc scripsit. *Licet Maria de Patrum natura per peccatum virginitate duceret originem, præelecta tamen, & præseruata ad purum. Non autem ita ad purum, si in Adamo peccauit. Quarto: ferm. de aqueductu. Pura siquidem humanitas in maria non modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate nature, illud ab omni, etiam contaminationem in Adamo excludit, & singularitate nature, à communi lege, & debito originali naturarum reliquarum ex Adamo propagatarum Mariæ naturam exceptam declarat. Quinto sermone de verbis Apocal. Candidissimus sanè, & candidissimus huius Mulieris amictus; cuius omnia tam excelenter irradiata nolumur, vt nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum, aut minus lucidum. An non minus lucidum quidpiam est ipsius in Adamo peccatum atque imminenti peccati originalis obscuritas: At iniqui aduersarij Bernardum epist. ad Lugdunensem Ecclesiam docuisse Mariam in originali fuisse conceptam, acriterque in eam inuectum, quod festum conceptionis celebraret. Respondent tamen plures ex nostro Ojeda eam epistolam Bernardi explorato non esse: sed forte Nicolai Monachi Amanuensis, de quo Bernardus quæritur, quod epistolas aliquot ipsius nomine falso ad aliquos scripserit, sed certè eas tunc temporis à Bernardo, & Coartanis, vel immediatè succedentibus deprehensas fuisse, atque vt spurias à legitimis Bernardi epistolis separatas, de impostura suspèctas omnes certum esse debet: cum tamen in claræ vallis archiuo, euulgatisque Bernardi operibus, vt ipsius epistola habetur, atque ab antiquis om-**

nibus fuerit iudubitanter recepta. Accedit, quod è Canoniconum Lugdunensium rescripto, ac de tam acriter obiurgatione quærelis non posset non Bernardus eius epistola imposturam statim agnoscere. Denique Nicolaus ille contra Bernardi quæ puratur sententiam pro immaculata conceptione stabat, vt constat ex epistolis Petri Abat. Cellesi contra ipsum quorsum ergo conficta Bernardi epist. suæ opinioni apud Lugdunenses detraheret, imò eam acriter adeo infecta etur? Nec satis est Nicolaum, qui stomachum Cellesi mouit, ac immaculatam concep. propugnabat non hunc Amanuens. Bern. fuisse, sed alium nescio quem, imò quem & sic respondentes ignorant, cum nullum sit alterius Nicolai asserendi, atque ab illo notissimo Bern. Amanuensi distinguendi fundamentum.

2 Epist. legitimam Bern. fatemur. Negamus tamen in ea concep. de qua loquimur, in peccato orig. ac debito illud contrahendi asseram, sed aliam, nempe actiuam Parentum, quæ in maritalibus amplexibus, & voluptate commixtionis feminum est, ac temporariè animationem foetus præcedit, vt docet Bellarm. t. 3. lib. 4. de amissione grat. § *Hæc igitur ex rationibus*, quibus Bernardus conceptionis Mariæ sanctitatem impugnat, satis ostendit. scilicet: quod sanctitas maritalibus amplexibus, & vbi libido non desuit, non potuit se se inferere, aut cum peccato coniungi, ac proinde, non aliter id fieri potuisse, nisi Deipara spiritus sancti opera conciperetur quæ omnia de passiva generatione animationis factus inepte solum dici possent: cum huius sanctitas, quin ex eis aliquid admittatur, defendi possit, etiam à non nimium doctis, & acutis, & quidem non damnasse Bernardum sanctificationem conceptionis Mariæ: sed actiuam illam animationis Mariæ, ante animatam constat ex Scholasticis præcis. S. Thoma in 3. d. 3. q. 1. ac Bonau. eodem libro, atque vtriusque Magistri Alensis 3. p. q. 9. m. 2. & Albertus in 3. d. 8. a. 3. qui disputantes an B. virgo sanctificata ante animatione adduntque, postremi sunt verba: *oppositum est hæc est condemnata à B. Bernardo in epistola ad Lugdunenses, & ab vniuersis Magistris Parisiis. nemo autem ex præcis Scholasticis in questione de virginis sanctificatione in sui animatione pro negatiua Bernardi autoritate ex præfata epistola vitur in ea vero actiuam conceptionem carnali commixtionis feminum peccatum agnouit Bernardus non proprium, & formale, sed causale solum, quatenus ad originale necessitabat animam de se, vbi primum ipsi vniretur, ni Dei gratia, atque exclusione à pacto præseruaretur ita concipiendus, vt doctè idem Anselmus explicat dum feminis humani immunditiam, & hominum actiuam in peccat. conceptionem asserat. Job. 14. & Psal. 50. explicabat. lib. de concept. virg. & peccato origin. c. 13. 15. 19. & lib. de conceptu virginali. c. 7. & lib. cur Deus homo quibus locis conceptam à Parentibus in peccatis Mariam etiam asseruit: eam vero præseruationem Mariæ, atque à pacto exclusionem non negavit, quam toties totis viribus, nisibusque defendit: vel si maus peccatum eam actiuam conceptionem appellauit Bernardus quia semen illud commixtum non solum ad originale necessitabat factum, sed, & ab originaliter peccatoribus erat, & de se propterea ad peccata actualia, & libidinem inclinabat: quæ sensu aiebat. S. Th. in 2. d. 30. a. 2. ad 4. licet semen non habeat in se infectionem culpe, in actu, habet virtute, & Apostolus ad Rom. 7. num. 17. iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Atque August. 5. contra Iulian. 10. de Genet. ad litter. & epist. ad Euodium, & Fulgent. de incarnat. & gratia Christi Mariæ carnem, carnem peccati appellauerunt, eius autem, & necessitatis ad originale, & inclinationis ad actualia feminis ab originali quondam infectis parentibus decisi ob quæ peccatum, & peccatrix caro vocatus præseruationem, etiam ante animationem in seminali illa Mariæ concipiendæ materia sic expressè incognitus in Psalm. vigesimo nono, versic. quadragesimo tertio, *B. virgo Maria peccatum originale casualiter contraxit: quia per seminale propagationem, sui concepta**

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

cepta, sed non contraxit formaliter: quia antequam anima eius esset creata, illud semen fuit purificatum, & sanctificatum. In sensu igitur causali peccatum, & libidinosam de se actiuam conceptionem Mariæ dixit Bernardus, neque usquam celebrandam esse, sicut Anselmus docuerat datis verbis postremis certat. 2. numero 6. sub med. quia destinatum erat illud semen ad sanctissimam illius animæ habitaculum, templumque tandem Dei incarnandi, ad idque à Deo consecratum, & purificatum, ut incognitus aiebat: ac proinde eam etiam actiuam conceptionem celebrari ab Ecclesia posse: non secus ac templi dedicatio celebratur.

3. Sed cum hæc etiam actiua Deiparæ conceptio simul cum passiva ab Ecclesia, & Canonicis Lugdunensibus celebraretur Bernardus, vtriusque celebrari se opposuit, rationibus illis primæ celebritatem impugnavit, vtramque verò ea ratione, quæ suam etiam contra passivam haberet: nempe absque Romanæ Pontificis auctoritate communi Ecclesiæ, Patrumque usu, & traditione non esse introducendam celebritatem, quam non probat ratio, non commendat antiqua traditio, vixus Ecclesiæ nescit. Non autem negat conceptionis passivæ sanctitatem; imo neque hanc novam esse assertionem, sed novam esse conceptionis celebritatem, quam & qui sanctam putaverant, Patres prudentiæ causa omiserant celebrare: Periculosè, inquit, presumimus, quicquid ipsorum in talibus prudentia præterierit. Quin licet asserere aperte sanctitatem conceptionis passivæ, tunc non auderet, ne eius celebritatem confirmaret: videtur tamen nihilominus eam ab actiua distinguens subobscurè docuisse: Concludit enim: ante conceptionem, actiuam, sanctificari non potuit, quia non erat, sed neque in ipso quidem conceptu propter peccatum quod inerat: In actiuo scilicet modo explicato, non in passivo, ne ratio supponat probandum. Restat ut post conceptum (actiuum illum, quem peccatum sensu dicto appellavit) in vero iam existens sanctificationem accepisse credatur: quia ubi primum existit, tunc enim iam existens est, ac pro naturæ priori suam sanctificationem antecessit. Duo hic omittenda non sunt. Alterum contra Viuarium de conceptione contendentem ex hac Bernardi epistola, & rationibus euinci debitum originalis contrahendi in Deipara. Cum tamen nec leue in illis ad debitum suadendum fundamentum appareat, ut eas consideranti statim apparebit, sed neque in alia Bernardi ratione qua ibidem aduersarij fundamentum refellit. Scilicet: deberi conceptionem tam actiuam, quam passivam celebrari, quia partum præiuit. Eam verò merito refellit Bernardus: quia fieret inde, auos, & proavos Mariæ, reliquosque eius progenitores celebrandos esse, quia & ipsi partum præiuerunt. Nos autem non ideo ab originali eiusque debito Mariam asserimus immunem, quia eius conceptio passiva partum præcessit; sed quia à pacto exclusa è filij meritibus tantæ maternitatis titulo fuit. Alterum est aliquot immunitatis Marianæ ab originali defensores, ut contra se Bernardum non haberent ex reuelatione recitata in officio de conceptione Bernardini de Buis. lectione 5. secunda die infra octauas, immerito docuisse sanctum Bernardum in ea fuisse opinionem, ut putaret actiuam conceptionem Mariæ cum libidine culpabili parentum habitam esse: ac proinde cum illa macula nigra in pectore fratri Monacho apparuisse. Verum quo sensu conceptionem actiuam peccatum, & libidinem dixerit Bernardus, explicuimus satis num. proximo circa finem: eamque virtute, & merito parentum plenam fuisse tradit Damascenus oratione prima de natiuitate & S. Brigittæ 6. reuelation. capite 55. secundo si vera ea reuelatio, & apparitio est: non de actiua conceptione Deiparæ sed de passiva in peccato originali expressè loquitur; quare nullo fructu impia, ac male tuta in Christi sanctissimo auos Bernardo impiè etiam tribuitur: & quidem ni pro veritate mentis Bernardi tot locis explicite pugnaremus longè maioris æstimanda esset pro pia, & nostra hac opinionibus Bernardi immortalis, & beati, confessio, quam mortalibus, & viatoribus con-

tradiçio: sed certè ea reuelatio quæ facta Cisterciensi Monacho citata lectione 5. refertur, vel existimata solum fuit, ac non vera, ut veris etiam prophetis quandoque potest contingere, ut doctè S. Antonin. 1. part. sum. Theolog. tit. 8. cap. 2. vel consiceta, ut de alia S. Catharinæ Senens. cuius ibidem n. emittit Antonin. pro minus pia opinione, promptum, piusque est iudicare, cum de ea dixerint Raymond. Thom. Senensis Stephan. Cathus. aliusvè quispiam vitæ, ac reuelationum S. Catharinæ fide dignus compilator, neque in opusculis de eius reuelationibus cum ceteris habeatur. Sed in libro orationum eius in quibus exhausta & imbibita Dominicanorum ea de re sententia, non ex reuelatione loquebatur: quod etiam totum Bandelli testimonio, non nimis tuto innuitur. Posset locus alius Bernardi opponi, in quo confosa alius Parribus locutio continetur, quæ simul cum eorum locutionibus explicabitur opportunius cert. 5.

4. Nec minus doctè, atque erga Deiparam piè pro ipso ab originali, & debito pugnavit S. Thom. Etenim in 1. 2. d. 17. q. 2. art. 4. ad 3. & d. 44. q. vnicat. 3. ad 3. cum in 3. argumento illud Anselmi principium proposuisset: Oportere, ut Dei mater ea puritate niteretur, quæ maior sub Deo nequeat intelligi. Ea conuictus respondit: Ad tertium dicendum: quod puritas intenditur per reuelationem à contrario: & ideo potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione insinatum sit, & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit, fuit tamen sub Deo in quantum erat in ea potentia ad peccandum, quod ipsum se in eisdem verbis respondit loco primo. Non autem lumina sub Deo si in Adam peccasset, neque immunis ab originali si illis debito contraxisset: quemadmodum neque à vestigialibus immunis fuisse dicitur, qui ea debuit, licet Principis munificentia non soluerit: neque sola potentia physica ad peccandum sub Deo eius puritas esset si in Adamo peccasset, atque originalis contractionem deberet. Tertius locus sit ex opusculo 8. in salutem angelicam, teste Thomistarum doctissimo Cardinali Turrecremaræ, qui locum immutare non audeat, apud Salmeron. in epistola ad Romanos, dispensatione 51. pag. 637. & Salmerone ipso. Sic autem locus in antiquioribus impressionibus habet. Ipsa enim purissima fuit quantum ad culpam: quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Ita etiam locum apud antiqua, ac non adulterata S. Thom. opera habere restatur Vincentius Iustinianus Dominican. tract. pro immaculata concept. S. Petrus Canisius. Vbi suo ordinarum magnam primorum defensorum puræ conceptionis gloriam his adscribit: Sanctus Thomas in opusculo in salutem Angelicam, & in tenebris sententiarum dixit eam esse immunem, & liberam ab omni peccato tam originali, quam actuali: ut ego nesciam, in quo alio ordine mendicantibus fuit Doctores tam antiqui, qui id dixerint. Eamque fuisse eius loci sententiam suadent, vel demonstrent potius verba contextus: cum in Mariæ laudem ea Augustini verba supra à nobis recitata, sensumque approbet: Mariam gratia Filij sui vicisse omni ex parte peccatum: & nullum debere fieri mentionem Mariæ cum de peccatis agitur. Non vero esset purissima à peccato si in Adamo peccasset, atque eius puritas illam à debito originalis non separasset: neque hoc admisso questio de eius originali occurrere memorari à S. Th. non posset aut deberet, ut ad eadem Augustini verba dicerebamur. Quartum S. Thomæ testimonium sit ex eius commentariis in epistolas Pauli ad cap. 3. ad Galat. lectione sexta, ubi in hæc scripsit. Non inueni mulierem, præter Virginem Mariam, quæ à peccato originali immunis esset. Ita habetur in editione Parisiensis anno 1532. & in veneta anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, atque in antiquioribus reliquis, ut vetustissimis se legitur testatur noster Henriquez 3. de sacramento confirmationis, capite vndecimo littera M. licet in notioribus ab anno 1592. ex quo primum editioe Antuerpiensi fraude Remigij florentini adulteratus textus fuit, sic legitur: Mulierem autem ex omnibus non inueni-

si, quæ omnino à peccato omni immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Et quidem verbum suis se corruptio prodit: illa quippè disfunctionio solum adhibetur cum de alterutro extremo dubitatur. De veniali autem peccato in Maria quæstio esse non potest; de originali vero in alia nulla cum certò reliquæ illud contraxerint. Quantum denique S. Thomæ testimonium sit ex eius in psalmos commentarios: Illud enim psalm. 18. in sole posuit tabernaculum suum. his interpretatur. Idest corpus suum posuit in sole id est in beata Virgine, quæ nullam habuit obscuritatem peccati. cont. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Obscuritas autem aliqualis peccati est debitum peccati, atque in Adamo peccatum: nam licet in alio ipsius tamen peccatum est: ergo neque ea habuit ex S. Th. Maria.

5 Verum aliqua contra piam, & nosfram hanc conclusionem, licet recitatis pro eis pauciora nobis ex S. Thoma aduersarij opponunt. Primum ex 3. sentent. disp. 3. quæst. 1. art. 2. disputans num B. Virgo sanctificata fuerit in ipso instanti infusionis animæ negatiuè respondet: quia aliàs non egiisset redemptionem per Christum: cum non redimatur nisi, qui peccato seruit ex Hosimo relato, & aprobatò ab Augusto epistol. 157. & 3. contra Iulianum cap. 3. quod ipsum ob eandem rationem docet 1. 2. q. 81. art. 1. corp. ubi solum Christum à contractione originalis esse Adam deriuati excepit, quod & de fide vtrouique effe docet, & oppositum erroneum. Denique opponitur 3. p. q. 27. art. 2. toto, ubi nobis aperitur, atque pæ opinionij aduersarij ob eandem rationem videtur. Cæterum non nisi in S. Thomam irreuerenter, & iniuriæ profus credit potest toties in vtramque partem claudicando mutasse sententiam. Ideo respondeo primo conceptionem eis locis pro actua parentum usurpasse, vel strictius pro corporis formatione, quam ipse inferius 3. p. q. 33. art. 1. corp. principalem, ac propriissimam generationem, seu quod idem est, conceptionem factus appellat, quo solum sensu ad ea vique tempora disputatam de sanctitate Mariæ conceptionis quæstionem testatur Caiet. citata quæst. 27. in commentario art. 2. his verbis *Absolute loquendo inter has duas positiones extremas, scilicet quod fuerit sanctificata ante infusionem animæ, vel post infusionem, est positio media: quod fuit sanctificata in instanti infusionis animæ. Cuius opinionis auctor hic non meminit quia tempore suo non erat admittenda.* Satisq; Angelicus Doctor ostendit eodem certamine 2. argumento 3. sic scribens. *Non celebratur festum nisi de aliquo sancto: sed quidam celebrant festum conceptionis B. Virginis: Ergo videtur, quod in sua conceptione fuerit sancta: & ita quod ante animationem fuerit sanctificata.* Id ne obicere quidem suæ doctrinæ debebat tantus Doctor, imo ne hebes quippiam, nisi conceptionem pro formatione factus usurparet, non pro eius animatione: si enim conceptio pro animatione usurpatur: quomodo ex eo quod fuerit sancta inferretur fuisse sanctificatam ante animationem, adhuc apparet, ac non omnino disparatè. Secundo respondeo S. Thomam eis locis loqui de incurfione in culpam originalem, non actuali, sed debito generationis ex commixtione feminis Parentum, vt docent ex Thomistis Dominicanis plures, neque ignobiles, in quibus F. Ioannes de S. Thom. t. 1. 1. partis, disp. 2. atque illustrissimus Dominus F. Ioannes de Araugo 1. 2. quæst. 71. articulo 3. & ex alijs Magister F. Basilius Legionensis, & F. Petrus Bernal. non tamen cum his cenfeo loqui de debito absolute talis sed debito solum, quod vi propagationis ex Adamo ex commixtione femini, Parentum de se consideratæ haberet, nisi electa è Christi meritis in ipsius matrem à pacto excluderetur, atque eius voluntas, à voluntate Adami excludat absolute maneret: Idque probat, & ratio illa locis omnibus citatis à S. Thom. repetita: quia aliàs non egiisset Christi redemptione: etsi enim actu originale non contraxerit, si tamen quocumque gradu ei contrahendo fuit exposita, ni meritis Christi redimeretur redimi præseruatiuè potuit, egiuisset Christi præseruatiua redemptione, vt bene Caietan. 1. 2. qu.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

81. art. 2. nobis opposito his verbis: *Neque enim solum redemptione eget captiuus actualiter, sed etiam obnoxius captiuitati.* id quod ignorare S. Thom. imò neque omnino non indoctus minime poterat: indicantque ipsius verba corporis art. 2. oppositi ex quæst. 27. tertia parte, arg. 2. (*Secundo: quia cum sola creatura rationalis sit susceptiua culpæ ante infusionem animæ rationalis, proles concepta non est culpa obnoxia*) S. Thom. de obnoxietate ad culpam originalem loqui eamque absolute negasse ante animationem proinde, & ab illa liberationem quæ disputabatur ibi, & de qua negatiuè S. Doctor conclusit: reliquitque remotum debitum propagationis ex feminis parentis vtriusque commixtione non sanctificata, seu purificata à venenola, an traducendi in filiam suam Adami originale peccatum ex quo rectè inferretur numquam incurfuram originalem culpam, quia neque in obnoxietate, siue actu primo debiti in origine de se peccata, neque egiuisset redemptione quia etiam sine illa originis suæ cursu non incurrebat, seu currebat in culpam.

6 Tertio respondeo, quod huic solutioni esse proxime affine, vocaria S. Thom. peccatum originale vim illam feminis parentum non solum traductiuam originalem: sed fomicis etiam, & igniculis incidentis animi ad peccata actualia quæ originale ab ipso appellatur, ob quod caro ex semine non purificata caro peccati, & immunda dicitur ab Augustino citato à sancto Thoma ubi proximè ad 4. & ab alijs Patribus, qui proinde carne Virginis carnem peccati, & mundi tam absolute dicunt, quare, immundam fuisse absolute supponunt, vique ad incarnationem etiam, sensu tamen à nobis dando certamine quinto. Hoc autem sensu facile clarebit doctrina S. Thom. ubi proximè solutione ad 4. & solutione ad 2. ubi ait Virginem aliquando fuisse contagio originalis inquinatam: contagium autem non morbum ipsum, sed morbidas quaidam ipsum comitantes qualitates importat. Hoc autem originalis contagium, seu inclinatio ad peccata actualia, quæ propagatione naturali per maris, & feminæ commixtionem originale actu, siue actuale vocatur à sancto Thoma, sæpè: Nam prima secundæ, quæstione octuagesima prima, articulo tertio, ad secundum, ait. *Ad secundum dicendum: quod peccatum originale per baptismum auferretur reati, in quantum anima recuperat gratiam, quantum ad mentem, remanet tamen peccatum originale actu quantum ad fontem qui est inordinatio partium animæ, & ipsius corporis, secundum quod homo generat, & non secundum mentem, & ideo baptizati traducunt peccatum originale.* Quam doctrinam explicat, & approbat, Caietanus ibi, repetitque fere sanctus Thomas citata quæstione vigesima-septima, tertia parte, articulo secundo, ad quartum. Nec refert sanctum Thomam hic corp. dicere loqui se in eo articulo de emundatione à peccato originali: nam & vitij feminis, & carnalis generationis emundatio, à sordibus originalis peccati mundatio est: atque insuper loquitur contra eos, qui conceptione, siue formatione sui ante animationem sanctificatam Deiparam putabant, ac proinde conceptionis illius festum celebrari; quod nisi gratia sanctificante cuius sola anima est capax quæ nondum animato facti inerat, fieri non posse contendit in corpore: quare, & concludit ante animationem sanctificatam non fuisse propriè imò neque villo alio sensu purificationis feminis paterni vt obnoxia aliquo sensu originali maneret, vt opus erat ad hoc vt per Christum esset redempta, eiusque redemptione egeret. Tertio respondent aliqui partes ante distinctionarios fuisse ab Angelico Doctore cõpositas: quare tandem pro immaculata conceptione, eiusque omnimoda ab originali immunitate stetit, & assumptionem quidem quoad primam secundæ, & secundam secundæ facile suadet: nam ad verbum ferè speculo morali Vincentij Velouacensis respondent, quod debitum ab hoc fuisse antequam speculum naturale ipsius euulgaretur, & ipse testatur, & tradunt S. Her-

mandus del Castillo, ac reliqui Ordinis Dominici Historiographi: Cum autem natura speculum Vincentius anno 1244. in publicum dederit, morale anno 1243. euulgatum, ut minimum ab ipso fuisse certissimum est. Eo vero tempore Thomam decimum nonum ut summum annu egisse indubiatum esse debet. Etenim anno 1274. vix quinquagenerius obiit, ad quem ex 1243. vnus supra triginta anni decurrerunt; quos si è quinquaginta demas nouemdecim ætatis reliqui fuerant anno illo 1243. quo speculum morale Vincentij 1. 2. & 2. 2. prorsus conforme lucem publicam vidit. Cum igitur tanta horum operum conformitas, vel Vincentium à Thoma, vel hunc à Vincentio transcripsisse, quod suo nomine in lucem tandem prodit, euidentissimè demonstrat: si eligas primum ante decimum nonum ætatis suæ annum, quo Vincentius, & transcripserat, & suo nomine euulgat eas partes summe à Thoma compositas, cum scilicet vix Theologus esset auditor cogere fateri: ac proin reliqua eius opera in quibus nostram ac piam sententiam docuit Thomæ iam maturioris, & Magistri fuisse. Sin vero mutasse ex Vincentio ea opera sanctum Thomam eligas eliges quidem quod Dominicanus Fr. Franciscus Garcia edit. Romana operum S. Thom. anno 1583. asseruit his verbis: *Ita 1. 2. & 2. 2. repurganda ad speculum morale Vincentij confugiebamus: ex quo apertissimum est, S. Thomam mutasse sermo omnia, que in his codicibus de virtutibus & vitiis scripta reliquit. ut ea propter Sixtus Senensis Dominicanus S. Thom. in hac, scriptorum classem redegerit collectores, Rapsodij, Centonarij, Bada, Eucherius, Thomas Aquinas. ea vero lectione æquè conuincitur iuniorem adhuc, nec dum probatum Magistrum è Vincentio opera illa mutuatum esse. Incredibile enim est Thomam, iam magistrum, & doctrina illustrem alterius tandiu vulgata opera transcripsisse solum suo nomine euulgasse. Sed quid inquirunt ad testimonia 3. sententiarum hæc omnia, quem post primi commentarios à S. Thoma compositum dubitare non possumus, parum certè; sed tamen adhuc extant testimonia citra dubium huic & aliis obiectis posteriora, & commentariis in Psalmos, & in epistolas Pauli quæ post distinctionarios etiam à S. Thom. ætatis maturioris composita latè probat Doctor Palau: ac demum cum ex S. Thomæ vita constet Apostolum post eiusmodi suarum epistolarum commentaria S. Thomæ in visione dixisse ipsum in Commentariis illis suam mentem assequutum fuisse quantum in hac vita percipi ab humano intellectu potest quo pacto ingenuus, doctus, atque in communem matrem pietissimus Doctor ab ea sententia postea contra Mariæ honorem recederet, quam de Pauli mente esse Pauli ipsius testimonio didicerat.*

7. Quarto denique respondeo: vniuersa piæ opinionis, nostræque huic conclusioni aduersantia vitiosa prorsus esse, atque conficta. Id generatim suadetur: quia F. Franciscus Garcia editione Romana citata in S. Thomæ operibus centum supra mille loca, vel additione, vel subtractione corrupta à se correctæ testatur aliumque supra hunc numerum corruptum ipse fecit 1. 2. q. 102. art. 5. solutionem ad q. de suo inferens si ego in tot aliis gratis, nullaque de causa vitiosa S. Thomæ opera fuere, in præsentis in qua doctrinæ toties à se assertæ, cuique ipsius scriptis eudendis præsentibus obstinatores sistant, aduersus legitur vitiosa potius fuisse pronum est iudicare: sed non hoc solo generali iudicio, & argumento res hæc sibi facit fidem, ut singula quæ opponuntur expedientes facile monstrabimus. Etenim locum ad Galatas, qui piæ opinioni fauet vitiatum à Remigio illo vidimus, num. 5. atque alium ex 1. Sententiarum disput. 17. quæstione 2. articulo 4. ad 3. qui antiquioribus editionibus extat, atque ut genuinus, à Dominicanis pluribus recognoscitur, quos refert, & sequitur. Fr. Mauritius de villa probata ser. 30. in editionibus nouioribus ab anno 1526. vel vitiatum legitur, vel supprimitur iam locus aduersus ex 3. sententiarum corruptus vel suppositivus deprehenditur: tum quia si verè sententiam

quam paulo ante in 1. docuerat mutasset illius, & fundamentorum meminisset, atque illam rationibus, ac fundamentis quæ tunc non occurrerant ad inuentis, se retractare admoneret quod nullatenus neque ibi, ne alii oppositis præstitit: sed solum eis, quæ sapius docuit, contradicit: quod nullus non vecors scriptor præstaret secundo indignum etiam sano, nedum tanto Doctore est erroneam, & contra fidem asserere opinionem piam, quam ipse tot locis docuit, & irtractatam reliquit: asserit autem erroneam, & contra fidem esse locis citatis ex 3. sententiarum, & 1. 2. at vero 3. p. q. 27. 2. 2. ad 3. ait tolerabilem esse vsum Ecclesiarum festum conceptionis celebrantium: quod stare non potest cum eiusmodi censura neque ea Cordatè ferre tunc posset cum eius opinionis vsum tolerat, ut minimum à Romana Ecclesia videbatur, ut S. Th. fatetur, atque eius coarctatus S. Bonau. qui idcirco in 3. d. 3. a. 1. illum reprehendere non audeat. Tertio: quia cum ex Tridentina Synodo, & decretis Sixti. 4. & Dij. 4. constat opinionem piam nulla censura dignam esse, in illa ferenda grauius S. Th. errasse fatendum illis erit, qui eius et testimonia esse contenderint locus, & articulus ille tertie partis speciatim suppositivus prorsus videtur articulus quidem: quia in Bibliotheca. d. Beltrani de Guevara Archiepiscopi Compellani extabat 3. pars. S. Th. ex vetustissimis exemplaribus cussa sine eo articulo. Locus autem, & verba articuli illius aduersantia vitiosa recognoscuntur. Primo, quia titulo illius, qui de sanctificatione ante animationem esse non respondent: neque conclusio articuli ex antecedenti, quod ante animationem sancta non fuerit inferitur, quod scilicet fuerit sanctificata post animationem, cum dato antecedenti in ipso animationis instanti sanctificari potuerit id quod Caietanus recognouit recitatus. num. 5. licet falso, ut ex hæctenus dictis constat, docuerit de sanctificatione Mariæ in animationis instanti quæstionem nondum extrare, dum S. Th. scriberet si autem verum id admittatur totus ille articulus, reliquæque aduersa testimonia, ut suppositivæ doctrinæ. S. Th. abradenda erunt insuper rationes omnes, quibus 2. 4. probat in Deipara nullum actuale veniale fuisse, eadem maiori efficacia suadere neque in ea debitum, aut originale fuisse, quod grauius & mortale est, vt omnes faceret ac leges constabit. Adde articuloz ordinem præpositum esse cum in primo inquirat an sanctificata fuerit ante natiuitatem ex vtero; Dein secundo an ante animationem cum huius disputatio deberet primæ præcedere, nisi in secunda hac statuisset definire in ipsa animatione fuisse sanctificatam, quæ definitio, si præcederet primam illam de sanctificatione ante natiuitatem ex vtero prorsus aboleret. Denique S. Thom. gloriosum apparuisse Episcopo Fantino dubitanti de S. Thom. circa conceptionis punctum mente, atque asseruisse se pro vera, & pia stetit opinione, ac propterea Fantinum festum conceptionis deinceps in sua diocèse celebrasse auctores sunt quindecim, in quibus Agydius. Quod si aliquando, alicubiè aliter senserit nobiscum, & cum pia opinione tandem sensisse ex libro retractationum S. Doctoris, quem se vidisse testatur Magist. Ioann. Vital. referunt; viginti, & eo amplius auctores constat, oppositam retractatè narratur.

CERTAMEN IV.

Pro eadem conclusione Rationes, ardua que difficultatis aliorum imbelles solutiones.

1 **A** Ratione vero ea omnia quæ ab originali, ab eius debito immunem Mariam ostendunt. Primo enim Matris ignominia hæc in filium redundaret: secundo moralis inter filium, & Matrem unitatis, ac identitatis iure aliqua esset filij Dei, æternæ lucis ad Belial, ac tenebras peccati conuentio, si eius Mater in Adamo peccasset. Tertio: habitasset diuina sapientia in corpore Deiparæ subdito, & obnoxio peccato imo, & peccatis, ad quæ originale inducit, seu inclinatur quarto: Adami, Angelorumque Regina ipsi ignobilius concepta fuisset quinto: quia Dei Mater non ea puritate nitetur, (vt Anselmus aiebat, imo, & argumentabatur cert. 2. n. 6.) qua maior sub Deo nequeat intelligi. si in Adamo peccasset, ac debito originalis subiaceret ex quo principio plura, inprimisque immunitates ab actualibus quibusque, adhuc venialibus, atque prærogatiuæ innumeræ Deiparæ conceduntur, etiam contra generales pro omnibus puris hominibus scripturæ locutiones: si autem non toto rigore principium hoc intelligatur ea omnia, vel eorum plura concedi Mariæ cum fundamento rationis minime poterunt. Sexto refricanda est ratio illa, quam expendebamus ex Anselmo cert. 2. n. 5. quod maledictionis lex sicuti neque in legislatorem Deum, ita neque in eius Matrem tenet, argumento Vlpiani citata. I. Princeps quod argumentum confirmatur: vltieris ex Augustino t. 7. circa fin. libro 2. Hypognosticon versus medium vbi, opponentibus contra illud ad Roman. 5. quo per vnum hominem mors in mundum introiit, dicitur, per duos homines, nempe Adamum, & Euan intrasse, respondens, si cordis oculus non amissus, attendit dicitur esse: iam non sunt duo, sed vna caro. Ac rursus erunt duo in carne vna. Nam ideo, per vnum hominem, dixit Apostolus: quia cum in vtro suo mulier vna sit caro in semine progenies computatur. quare filij exceptione, qui caro Matris est, excepta etiam à lege maledictionis intelligi etiam debet Maria septimo: quia nec Deo filio de fuit sapientia, nec potentia, neque in Matrem amor, vt eam à pacto, & lege maledictionis excluderet: ergo exclusa de facto fuit. Consequentia est certa: Antecedens complanatione contradictionum; quæ in ea exclusione Mariæ seu non inclusione in lege maledictionis, seu pacto quoad nouicia stabilietur cert. 5. octauo cum ex hac Deiparæ à debito originalis immunitate certo ipsius ab originali in sua conceptione libertas deducatur pietas erga immaculatam Deiparæ conceptionem, ad eius à debito etiam libertatem statuendam debet armari.

2 Ardua tamen contra hanc Mariæ non inclusionem in pacto, ac non collocationem voluntatis Mariæ in voluntate Adami pro priori naturæ ad vsum libertatis eiusdem in transgressione præcepti se attollit difficultas licet enim fieri à Deo facile poterit, vt absolute pro eo signo Deiparæ in pacto inclusa non fuerit, neque eius voluntas in Adami voluntate collocata: ac proinde, & quod ipsa neque originali obnoxia fuerit, neque in Adamo peccasset: id è Christi meritis, & redemptione fuisse, vt fuisse è sacris dogmatibus fateri tenemur ardua difficultas, neque hæcenus, me iudice, superata est. Etenim, si inclusio, & collocatio, vel non collocatio, & exclusio, vt debitum originalis contrahatur, atque in Adamo peccetur, vel secus absolute prorsus ante vsum libertatis Adami transgressione, & peccato Adami exercitæ esse debet, ac Deiparæ pro eo signo non fuerit inclusa, neque eius voluntas in voluntate Adami collocata, quomodo per merita

Christi; non nisi post eius libertatis vsum, & peccatum, vt vidimus, futuri esse poterit, non ita facile, imo vix difficulter apparebit. Respondent Soaristæ, Granados sect. 25. & Complutenses Recentiores: in sua doctrina de Christi existentia, seu absoluta futuritione ante Adæ peccatum, imo, & existentiam difficultatem prorsus euancere. Sed tamen, cum merita Christi non nisi, vt morte consumata gratiam vllam de facto à Deo obtinuerint, (iuxta illud Iai. 53. n. 10. si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum) morsque ipsa de facto naturam originali vitiatam Iudæ proditoris, accusantium Phariseorum, tortorum crucifigentium natura supposuerit, mors Christi, quæ merita consummauit, signauitque Adæ peccatum ac proinde vsum libertatis eius in præcepti transgressione, ex qua originalia in posteros illos deriuarunt, natura proculdubio supposuit: quare ea Mariæ non inclusio meritis Christi, vt de facto gratiam, redemptionemque hominibus obtinuerunt, non debetur, licet Christus ante Adæ peccatum absolute existisse Doctoribus hæc permitamus. Contra secundo quia eiusmodi præcedentia Christi absolute futuri ante absolutam Adæ transgressionem, & peccatum Patrum, & scripturæ testimonis, rationibusque theologicis abunde consumauimus. d. 1. q. 2. & d. hac 2. q. 1.

3 Contra specialiter tertio contra Recentiores Complutenses quia præseruatio hæc ex non inclusione Mariæ in pacto per merita Christi, fuit præseruatio redemptionis, seu per merita Christi qua Redemptoris: ergo supposuit Christum non solum absolute existentem, sed etiam absolute Redemptorem: atqui per hoc Recentiores Christus absolute Redemptor non, nisi post absolute præsumptum Adami peccatum fuit decretus: ergo ea præseruatio, vt redemptio præseruatiua sit absolutam existentiam peccati supponere debet: quod pugnat cum præsuppositione non inclusionis Mariæ ante vsum libertatis Adami peccatum exercitum. Respondere possent Recentiores eam absolutam non inclusionem Mariæ in pacto ante Adami peccatum fuisse ob merita Christi, non quidem absolute præsumptam, & remuneranda, sed per modum prætij, & solutionis contra: quia per eiusmodi merita, si veram motionis meritum habere possent, etsi non ante, sed post præsumptum peccatum futurus absolute Christus esset potuit Deiparæ in pacto absolute non includi pro signo illo priori ad vsum libertatis ad peccatum, vt patet, & q. 1. contra ipsos Recentiores obseruabamus: quia eiusmodi merita absolutam sui existentiam, ac præuisionem, vt moueant præmiantem non requirunt, sed solum conditionatam: quare neque meritis absolutam existentiam supponunt ergo si eis meritis ad rem præsentem vsuri erant Recentiores superflue ad Mariam pro signo illo absolute non includendam, vel excludendam à pacto antecedenter ad Adæ peccatum, & patrum, & Adamum absolutam Christi existentiam statuunt contra secundo: quia, vt dixi sæpius, probaboque abunde controu. de meritis Christi, merita hæc per modum prætij, & solutionis commentitia omnino, ac prorsus absurda merita sunt.

4 Ex aliis, qui ante Magistrum meum Didacum Daza meritorum per modum prætij, & solutionis auctorem scripserunt, responder Salazar, c. 24. §. 12. cum Christus venerit ad reparanda, quæ fuerunt peccata, & post ipsa, solum supposui se natura inclusionem voluntatum posterorum, qui peccarunt in Adamo; non autem non inclusionem virginis, quæ non peccauit in illo, cuiusque non inclusio ad aliorum, peccata siue in Adamo, siue in se ipsis impertinenter se prorsus habebat: quare ea non inclusio potuit esse, & Adami peccato, & Christo, eiusque meritis natura posterior. Contra: quia vt Adami actio posterorum etiam sit requiritur absoluta inclusio eorum ex parte actus primi voluntatis liberæ Adami: ergo, vt illorum moraliter non sit negatio inclusiois eius pro eo signo requiratur; licet non requiratur, vt sit Adæ peccatum aliorum etiam posterorum peccatum contra secundo: quia voluntas Dei

includendi, vel non includendi, hos, vel illos posteros in eius voluntate prior natura fuit Adæ peccato, & vsu libertatis, ut horum esset, fecus aliorum: ergo ea non inclusio non inclusorum ad idem signum spectat, atque inclusio inclusorum; licet non ad peccatum in Adamo, & debitum inclusorum, tamen ad negationem peccati in Adamo, & debiti non inclusorum: ergo, quod post peccatum Adami, in quo peccarunt alii, & eorum inclusionem est, post negationem inclusionis aliorum, quæ eodem signo fuit, esse debet. Denique posita negatione inclusionis pro illo signo necessaria, ut in Adamo peccent posteri, debitumque originalis habeant; & si Christus post peccatum non venisset, Virgo in Adamo non peccaret, neque peccare posset debitum originalis contrahere: ergo id Christi meritis non debet.

5 Propterea Alarcon admittit præcedentia eius non inclusionis Deiparæ Mariæ in pacto, & non collocationis voluntatis eius in Adami voluntate pro signo libertatis Adami in actu primo ante eius libertatis usum, & exercitium in præcepti transgressione, asserit tamen eam non inclusionem Mariæ in pacto, ac non collocationem voluntatis eius in voluntate Adami per merita Christi pro posteriori natura ad eius libertatis usum, & peccatum futuri esse optimè potuisse: siquidem earum negationum præcedentia respectu Christi futuri, & meritum eius, non proxima, ut patet, sed remota est, ac remoti solum principij: principium autem meriti remotum sub ipsum meritum cadere posse verum hic author reputat, multisque suadere contendit. Cæterum doctrinam hanc de principio meriti remoti, quod sub ipsum meritum cadere possit, multis satis Conuentsium Recentiorum obiectio: quod scilicet possent absolute esse eiusmodi non inclusiones virginis in pacto, & voluntate Adami, Christo etiam absolute non existente; iuxta ipsius Alarcon doctrinam. Etenim de potestate antecedenti loquendo verum sit, at vero in eorum etiam Recentiorum. Et Alarcon doctrina potest aduentus Christi necessarius necessitate consequenti ipse ex negationibus illis inclusionis in pacto, & voluntate Adami: quare, & falsum absolute esse poterit eas Deiparæ non inclusiones absolute esse posse Christo absolute non futuro. Omitendas hic duxi duas alias solutiones affines: alteram nostri Ioannis Perlin. supra d. 4. cap. 14. alteram nostrorum etiam Salmanticensium Recentiorum qui ex scientia conditionata, vel decretorum, vel complacentiæ Dei de mundi huius futuritione rem hanc facile componi existimant eos autem impugnatos in simili habes. q. 1. cert. 1. 2. & 5. quare inde impugnationes huc aduocandæ, atque applicandæ erunt.

CERTAMEN V.

Solidior ratio, eiusque, & conclusio- nis vindicatio.

1 **P**ropositiæ difficultatis solutionem melius cæteris attigisse visus est mihi noster Cardinalis Lugo. d. 7. sect. 3. licet non ita planè, ac dilucide illam explicarit, ac nos ex datis principiis cert. 1. à num. 5. cum enim eo loci ostenderimus inclusionem in pacto, & collocationem voluntatum posterorum in Adamo sub conditione posterius peccato ipsius purificanda esse potuisse, imo, & ita de facto fuisse pro posteris pluribus ita etiam non inclusio, & non collocatio voluntatis Mariæ in Adami voluntate conditionata, sub conditione posterius natura vsu libertatis Adami, eiusque peccato purificanda esse optimè potuit: ac proinde ad Diuiparæ, filiique gloriam ita euenisse dicendum prorsus erit. Constitui volo posterorum tuorum voluntates in te, quoad observationem, & transgressionem præcepti, ea, quam in Matrem elegero, quoad transgressionem, excepta quod si pecces prima-

do reliquos ab illa gratia, quam tibi in eos omnes transfundendam, imperitor: tum relique semine à matritate illa excluduntur. Peccat Adamus nondum facta Mariæ in Matrem Dei electione, ac proinde necdum inclusa illa vel exclusa absolute à pacto, eiusve voluntate in Adami voluntate absolute collocata: eoque Adami peccato exercito, atque absolute præuiso ad illud reparandum decernitur absolute futurus, veniturque Christus: meretur, suaque morte merita consumat: tum è sic consumatis Christi meritis Maria in Dei Matrem eligitur à Deo: sicque non inclusio eius in pacto, ac non collocatio voluntatis eius in voluntate Adami, quoad transgressionem, quæ ex parte obiecti conditionata fuit sub eius electionis conditione, electione posita, & purificata conditione in absolutam transit, sique absoluta non inclusio, & collocatio cum autem electio illa, seu conditionis purificatio, quæ absoluta illa non inclusio, ac non collocatio effecta est, è Christi meritis fuerit, sic certe Deiparam ex meritis Christi à pacto absolute exclusam, siue non inclusam, atque eius voluntatem in Adami voluntate, quoad transgressionem absolute non collocatam esse: ac proinde ex eisdem meritis, neque originale contraxisse, neque eius debitum, neque in Adamo peccasse: imo in illo peccare, aut originale, eiusve debitum contrahere potuisse.

2 Sed enim non desunt, quæ modum hunc nostrum impugnent. Primo: notata illa à nobis data cert. 1. à num. 6. quibus tota hæc moles innititur, facile videtur euertere: quare, & nostra hæc sententia à fundamentis subruere. Etenim, si propagatio ex Adamo conditio fuit sub qua aliorum posterorum Adæ voluntates in Adamo collocatæ, atque ipsi inclusi in pacto Dei cum Adamo inito fuere: ergo quouque propagati absolute ex Adamo sunt neque in pacto fuerunt absolute inclusi, neque eorum voluntates in Adamo absolute collocatæ. Pergo ergo peccatum horum, quatenus horum in Adamo, atque originale ipsorum apponenti propagationem ipsorum ex Adamo merito tribuitur. Atqui per nos eo loci tribuitur Christo eiusque meritis, atque omnium opinione ea propagatio ex Adamo tribuitur necessario Deo, ut auctori: ergo, & huic, & Christo, eiusque meritis eorum, & in Adamo peccatum, & quod absurdus est, originalia, ut specialibus casibus debent attribui. Vergetur, ac simul præcluditur eualio, quæ poterat occurrere licet enim collocatio voluntatum in Adamo necessaria fuerit, ut posteri eius in ipso peccarent, atque originale contraherent, ubi primam existerent, etæque à Deo proculdubio fuerit, si tamen pro signo indifferentiæ voluntatis Adami, atque ante prauum ipsius usum absoluta intelligatur tota culpa etiam originalis ex illo prauo vsu dimanans male venturi Adamo, non autem Deo collocanti in eo posterorum voluntates merito tribuitur, nam penes illum physice, ac penes posterorum voluntates collocata moraliter fuit malus vsus, cum posset esse ab illis bonus: ast vero absoluta collocatio à Deo per purificationem conditionis, seu positionem propagationis in Adamo per merita Christi, ac post prauum usum libertatis Adami, est collocata absolute eorum posterorum voluntates cum determinatione, ut in Adamo peccarent, atque originale contrahant: quod non minus Deo repugnat, quam si voluntatem produceret, de seipso poneret prædeterminatam ad peccatum vnde, sicut in hoc casu peccatum actuale Deo retribuereus, ut auctori, ita, & in nostro eorum posterorum originalia eidem, ut auctori, & causa tribuenda videtur.

3 Verum cum certum omnino sit, siue posteriori ordine intentionis, vel in causa, seu purificatione conditionis supponantur futuri, & inclusi in pacto absolute, non tamen ita ordine executionis, & actu in seipsis exercito præcessisse, neque ex Adamo propagata esse, ut non expectata fuerit Adami transgressio, & peccatum, ex quo se nudos esse primi Parentes cognouerunt, id est concupiscentiæ motus ad generationem primo

primo cognouerunt, ut Patres ad eum locum inter-
 precatur negari minime potest ad originalis contra-
 ctionem posterius illud signum expectatum fuisse post
 vsum libertatis Adami, & eius liberam determinatio-
 nem natura posteriolem ad peccatum eamque condi-
 tionem in pacto ipso essentialiter imbibitam esse. Non
 enim pro illis aliquo ex eis modo ante pactum futuris
 intum fuit, nisi sub conditione illa, quod posterius de
 facto, & exercite Adami forent, & existerent: quare, ut ei
 difficultati respondere tenentur, quatenus originalis
 contractionem tangit. Pro peccato vero, in Adamo, &
 collocatione voluntatum, earum in illo similiter res-
 ponderet tenentur. Nam posterius in pactum non
 sunt, nisi sub conditione, quod posterius exercite forent,
 ut citato num. 6. & 7. docebamur si enim per possibile
 vel impossibile Adami posterius, de facto iidem non
 essent, qui quouis ex dictis modo, siue in decreto, siue
 in purificatione conditionis præuidebantur futuri, ut
 in pacto includerentur. Respondeo ergo pactum illud,
 & voluntatem includendi posterius absoluta ex parte
 actus esse; conditionata vera ex parte obiecti, id est, ut
 ex persona reliquorum hominum, eorumque nomine
 obseruaret, vel transgrediretur præceptum si eius pos-
 terius forent exercite, ac de facto existerent, pro quo-
 cumque signo ex illo exercite tales existerent quare
 quatenus ad voluntatem Dei, & Adami etiam pacifi-
 centium totum negotium, pacti, & collocationis vol-
 untatum per actum erat, atque cum indifferentia ad
 bonum, vel malum vsum in quo transgressio, vel ob-
 seruatio præcepti, posterorum esse posset, solumque de-
 erat subiectorum positio ad quam duplex illa conditio
 erat in pacto imbibita nempe, & existentie exercite ip-
 sorum, quam nemo potest, negari posteriolem natura
 pacto, & peccato Adami fuisse, & propagationis
 exercite ipsorum, ex Adamo, quam necessario admitti
 ab omnibus pro posteriolem naturæ debere contendimus
 quare ea propagatione ex Adamo posita, sicut, &
 ea posterorum existentia non ponitur à Deo pecca-
 tum, siue in Adamo, siue originale, sed subiectum, licet
 post prauum vsum libertatis Adami sit eiusmodi positio,
 ex quo nequeat non posterius Adami vtrumque
 habere vbi primum talis existat ac de facto vi pacti, &
 collocationis quatenus ex parte voluntatis Dei his etiam
 qui de facto posterius Adami fuere, relicta fuerit moralis
 potestas, ut obseruarent in Adamo, gratiamque conse-
 querentur, etiam post obseruationem ex illo propagati:
 quare, quod in Adamo peccarint, atque originale con-
 traxerint soli Adami, transgressioni debent, non propa-
 gationi, quæ de se indifferens est, quam Deus potuit qui-
 dem pro eis qui de facto sunt impedire, ac in eis proinde
 peccatum, sicut, & plura, quæ non impedit, etiam
 actualia, non tamen tenentur, sed in Adami poenam, pa-
 ctique effectum, aliosque honestissimos fines ex parte
 sua apponere potuit.

4 At inquit posterius omnes in Adamo peccauerunt
 tunc, cum ipse peccauit: at non potuerunt peccare
 in illo nisi absolute pro tunc essent inclusi, atque eor-
 um voluntates in eius voluntate collocatæ: ergo pro
 illo tunc, seu priori ad vsum libertatis Adami fuerunt
 eius posterius in illo absolute inclusi independenter om-
 nino à conditione posterius natura vsum libertatis Ada-
 mi. Maior est fere dogmatica ex Patribus August. 27.
 de ciuit. Dei quando Adam cum omnibus, & ipse peccauit.
 quia ait omnes in illo eramus Anselm. de conceptu
 virginali. c. 7. in Adam omnes peccauimus, quando ille pecca-
 uit reddique rationem quia de illo futuri eramus: quam
 eandem reddit etiam c. 27. quia fuerunt omnes homines in
 Adam. quibus si recte expendantur, testimoniis non
 maior sola, sed discursus totus videtur contineri. Res-
 pondetur distinguendo maiorem: in actu exercite nego-
 go, in actu signato concedo: quia tunc illud Adæ pec-
 catum designatum est: eo ipso, quod ex eorum per-
 sona, & nomine operaturus ex pacto, & voluntate Dei
 fuit Adamus constitutus: cum autem nondum posterius
 exercite essent neque exercite ipsi peccarunt absolute:

exercitum enim horum peccatum absolute tale origi-
 nale fuit, neque enim nondum exercite existentium, &
 exercite posterorum Adæ peccatum vllum absolute
 exercitum esse, concipere potest quare peccatum,
 quod in Adamo vocatur, præcisè sumptum pecca-
 tum in actu signato posterorum est, non in actu exerci-
 to, ac debitum contrahendi originale, vbi primum ex
 Adamo existant: quia posterorum omnium vniuersim
 loquendo nomine operatus ille est, nondum posterius
 designatis, seu determinatis, pro illo signo naturæ id
 enim pendet ex voluntate Dei paciscentis, & Adami si
 velis etiam acceptantis ex eorum persona, & nomine
 operari. Minorem similiter distinguo non potuerunt
 peccare in actu signato, nisi eorum voluntates absolute
 inclusa essent in actu signato pro illo signo, atque ipsi
 inclusi eo modo fateor nisi essent inclusa in actu sig-
 nato, & exercite nego minorem, & distinguo con-
 sequentiam independenter omnino in actu signato à pos-
 terius natura conditione ad vsum libertatis fateor, in-
 dependenter à conditione posterius natura in actu
 exercite nego consequentiam.

5 Atque hic sane apertus est testimoniorum, &
 rationum ex Patribus recitarum sensus cum enim pro
 illo priorius libertatis Adami omnes, eius posterius in
 actu signato peccauerint, debitumque originalis con-
 traxerint, quotquot postea eius posterius fuere vera futu-
 ritione, & temporis, & causalitas, peccaturi pro poste-
 riori dicebantur, atque pro illo signo peccare in illo
 de præfenti, in actu signato, quia ex tunc iam illud
 Adami peccatum eorum nomine, atque ex eorum per-
 sona patratum est, cum posterorum omnium nomine
 vniuersim fuit per actum nondum designatis, determi-
 nativè nedum exercite positus, posterius illius: quare rectè
 dicimur omnes tunc in illo peccare, quia de ipso
 futuri eramus, seu quia erramus in illo. Vnde etiam const-
 flat: quo nam pacto B. Virgo, ni in Dei Matrem ex
 meritis Christi electa fuisset in Adamo peccasse diceretur
 atque pro illo signo transgressioni Adami peccare sig-
 nate, de præfenti nam inter posterius communes, quo-
 rum omnium vniuersim signatum illud peccatum erat,
 quorumque nomine, & persona Adamus operabatur,
 Virgo tunc esset, sicut ceteri omnes, siue viri siue foeminae
 in Dei Matres pro naturæ posterius non eligendæ:
 dices ergo peccarunt æquè in Adamo homines etiam
 purè possibiles ex ipso, nunquamque in se, aut ex ipso
 adhuc posterius natura transgressione Adami exiituri,
 æque atque ex ipso pro eo posterius propagandi: si-
 quidem non magis horum, quam illorum designatum,
 seu in actu signato peccatum illorum fuit, nec magis
 horum, quam illorum voluntates fuere in Adami vol-
 untate collocatæ. Patet extremum hoc. Nam pro illo
 signo nondum determinata erat horum potius, quam
 illorum existentia absoluta in se, aut ex Adamo propa-
 gatio. Vnde rursus cum pro illo signo neque excep-
 tio Deiparæ, seu eius in Matrem Dei electio adesset,
 sed adhuc ex Adamo, ac sine sui in Dei Matrem
 electione esse posset, pro illo signo eius æquè, ac cæ-
 terorum, qui pro tunc communes Adæ posterius poterant
 esse signatum peccatum erat fateor obijctionem
 hanc, eiusque absurdum vtrumque videri difficillimum.

6 Respondeo tamen, vtramque illationem esse neg-
 andam. Etenim, licet pro illo signo, qui futuri ex
 Adamo erant non magis essent decreti, aut existentes,
 quam reliqui homines purè possibiles ex ipso, neque
 pro illo, siue in illo futuri ex decreto tam intentiuo
 efficaci, quam executiuo, quare neque ex aliquo pro
 illo priori pacti, & indifferentie voluntatis Adami exi-
 stenti necessario futuri; at vero futuri pro posterius
 signis erant, secus pure possibiles. Cum autem
 pactum, & collocatio pro futuris solummodo
 ex Adamo fuerint, non autem pro iis, omnibus qui
 ex ipso poterant propagari, ac propagandi non essent,
 pro illis solis validum pactum, & collocatio
 voluntatum in Adamo, adhuc pro illo

